LISBOA & C.ª
ENCADERNADOR
Largo do Carmo.

Inc 151

N 135

Faltam as fl. 29 e 32; repet. as fl. 30 e 31.

D, 3, 30

Summenhart (Conradus)

Tractatus de decimis

Hagenau, Heinricus Gran, 1497

2-1-23.

1
55

# Tractatulus bipartitus de decimis defenſiuus opinionis theologorū aduerſus cōiter canoniſtas de quotta decimaꝝ ſi debita ſit iure diuino vel humano per Conradū Summēhart de Calw Artiū atq; ſacre theologie ꝓfeſſorē in alma vniuerſitate Tuwingenſi ordinarie in theologia legentē editus ⁊ ibidē lectus: ſolēniterq; Anno dn̄i M. cccc,xcvij, per eundem diſputatus.

Haguenau. 1497
BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA
Hain, 15177

c Um cõmunis magiſtroꝝ noſtroꝝ opinio de quotta decima
rum ſi iure diuino debita ſit vel hũano: cõtradictores habe-
at canoniſtas plĩmos:adeo vt nõnulli ex canoniſtis p̄dictam
theologoꝝ opinionẽ quaſi hereticã ceſere nõ vereant̄:placuit zelo ve-
ritatis ꝛ ꝓfeſſionis mee ac ob fauorẽ innũerabiliũ fideliũ q̇bꝫ per the
ologoꝝ opinionẽ cõmode ſuccurri poteſt:p̄ſentẽ edere tractatulum in
eiuſdem opinionis defenſionẽ cũ omni ac debita hũilitꝫ ſubmiſſione
oĩm hic dicendoꝝ.qua dicẽda ſubmitto correctõi ꝛ approbatiõi eccle
ſie romane ſedis apoſtolice ac oĩm alioꝝ quorũ intereſt errantes corri
gere. Melius quippe nouerunt q̇ diuinã ꝓfeſſi ſunt legem q̇d de di
uina lege ſit ꝙꝫ qui humanã:adeo vt etiã ſi in hũanis legibꝫ ſcriptũ in
ueniat̄ aliq̇d de diuina fore lege:id quomõ intelligendũ ſit melius di-
uine legis arbitrabit̄ ꝓfeſſor. Unuſquiſqꝫ em̃ iudicat bene que ꝯgno
ſcit et hoꝝ eſt bonus iudex vt ait Areſto.j.Ethicoꝝ.c.iij. Et qꝛ magi
ſtri noſtri valde breuiter ſup̱ hoc trãſierũt quaſi nihil tãgẽtes tã q̄ ad
argumenta q̄ ꝯtra eoꝝ poſitionẽ fieri poſſent ꝙꝫ etiã quo ad difficulta
tes poſſibiles ꝯſeq̄nter in materia ꝯſuetudinis et p̄ſcriptionis oriri ex
eoꝝ poſitione:q̄ tñ oĩa neceſſe eſt tangere ſi eoꝝ poſitio defenſari debe
at:placuit mihi materiã ipſam ꝓfundius intrãdo diffuſiꝰ examinare.
et ꝙꝫ plurima argumẽta que adduci poſſent vt ſoluantur adducere:vt
opinione noſtra ꝓbata ꝛ ꝯtrarijs argumentis ſolutis appareat qꝛ ve-
ritas vincit.ij.Eſdre.iiij. Diuido aũt p̄ſentẽ tractatulũ in duas p̱tes
In prima ponã octo ꝯcluſiones ꝛ cõtra eas deducã ſedecim argumẽ
ta:inter q̄ tredecimũ includet in ſe.xxij.argumenta vel ꝓbationes. In
ſecunda parte inferam octo correlaria deducendo ꝯtra ea.xj.argumẽ
ta cum eorũdem ſolutionibꝫ. Que oĩa vt fiant moueo pro capite hu
ius opuſculi talem vt ſequit̄ queſtionẽ In cuius ſolutione ſtabit tota
huius libelli continentia.

Trum pre
ceptũ de decimis dan
dis ſit de lege diuina
vel humana tam quo
ad quottã que eſt ve-
ra ratio nominis deci
me q̃ꝫ quo ad aliquid
dandũ. Ad q̃ſtionẽ igit̃ reſponſurus Pri-
mo ꝓpter materie periculoſitatẽ ꝓteſtor ꝙ
nõ eſt mẽtis mee in hoc tractatu vel quo-
uis alio aliquid dicere vl̓ ꝑtinaciter defen
dere quod ſit ꝯtra ortodoxã fidem aut cõ
tra determinatiões ſancte matr̃ eccl̓ie. nec
quenq̃ꝫ a decimaꝝ ſolutione debita q̃ mi-
nus ſoluat retrahere: aut quo minus ſibi
cõſcientiã faciat in caſu quo debet eas ſol
uere occaſionare. Secundo ſuppono ꝙ
duplex eſt lex diuina. ſcꝫ vetꝰ ꝛ noua. Ve-
tus eſt moſaica. Noua ẽ euãgelica. Ter
cio ſuppono ꝙ in veteri lege fuerunt tripli
cia p̃cepta. Quedã fuerũt iudicialia. q̃daꝫ
ceremonialia. q̃dam moralia. quoꝝ diſtin
ctio etiã tãgit̃ Deutero. vj. cum dicit̃ Hec
ſunt p̃cepta ꝛ ceremonie atq̃ꝫ iudicia. Vñ
p̃cepta iudicialia fuerunt illa quibꝫ diſpo
nebat̃ de modo terminãdi cauſas et lites:
puniendiq̃ꝫ maleficia. ꝛ quibꝫ diſponebat̃
de iuſta diſtributõne rerũ tpaliũ vnicuiq̃ꝫ
ſcḋm ꝙ ſibi debitũ eſt. ꝛ apud hebreos vo-
cant̃ Miſthpatim. ſicut ſunt oẽs leges ta
lionis ſcꝫ oculũ ꝓ oculo. dentẽ ꝓ dẽte. Itẽ
ſicut eſt lex de quadruplici genere mortis
infligende malefactoribꝫ. que q̃tuor gene-
ra ſunt lapidatio. ſuſpẽſio. crematio. ꝛ gla-
diatio. Item lex zelotipie in qua diſponit̃
de purgatiõe mulieris quã vir de adulte-
rio ſuſpectã habet. Itẽ etiam lex de libello
repudij. ꝛ multe alie. Preceptũ ſ̉o cere-
moniale eſt illud quo diſponit̃ de ſpeciali
ritu ac modo ſeruãdo in diuino cultu ſeu
ſacrificijs. vel de mũdicia ſeruãda ꝛ imun
dicia vitãda ꝛ ꝯtracta expiãda. ꝛ apud he
breos vocant̃ huquotim ꝛ etiã miſtmeret
Exemplũ primi. vt ſunt oẽs leges ſacrifici
orũ. vt ille que diſponebãt que aĩalia de
berent dño deo offerri ꝛ q̃ non. vt ꝙ inter
greſſibilia ſolum tria deberent ſibi genera
offerri. ſcꝫ bos. ouis. ꝛ capra: ĩ vtroq̃ꝫ ſexu
Et in volatilibus turtur ꝛ columba: ꝛ ad-
ditus eſt paſſer in emũdationẽ leproſi Exẽ
plum ſecũdi. vt omnes leges quibus ꝓhi
bebant̃ cibi ĩmundi. vt carnes animaliuꝫ
greſſibiliũ nõ ruminantiũ aut non finden
tiũ vngulã. Similiter ꝛ carnes volatiliuꝫ
rapaciũ. Leges etiã diſponẽtes ſuꝑ conta
ctu leproſi ꝛ mortui: diſponẽdo ꝙ ex eoruꝫ
contactu tangens ꝯtraheret immundiciã
ſeu irregularitatẽ. Preceptũ ſ̉o morale
eſt illud quo p̃cipit̃ id quod ratio natura-
lis dictat eſſe agendũ. vel ꝓhibet̃ id quod
ratio naturalis dictat eſſe fugiendũ. vnde
p̃cepta moralia ſunt ſcripta in corde hoĩs
De q̃bus p̃ceptis loquit̃ aplus ad Rom.
ij. ꝛ apud hebreos vocant̃ Mizfat. vt ſũt
p̃cepta decalogi duaꝝ tabulaꝝ moyſi. Et
ex hoc ſequit̃ ꝙ omne p̃ceptũ morale leg̃
diuine etiã eſt de lege nature aliq̃ mõ. quo
aũt modo declarabit ſequens diſtinctio.
Tercia diſtinctio Dupl̓r aliq̇d eſt de le-
ge nature. vt Sco. tãgit in. iij. diſt. xxxvij.
Rich. in. iiij. di. xxxiij. q. j. ar. j. Nam vno
modo aliq̇d eſt de lege nature ſic ꝙ ipſum
eſt principiũ practicũ legis nature notum
ex termĩs. vel ꝯcluſio euidenter ꝛ neceſſa-
rio deducibilis ex tali principio leg̃ natu-
re. Exemplũ primi. vt illa ꝓpoſitio Bonũ
eſt eligendũ. malũ eſt fugiendũ. ꝛ vnicuiq̃ꝫ
dandũ eſt quod ſuũ eſt. Exemplũ ſecundi
vt ſunt duo prima p̃cepta prime tabule. et
hoc ꝓut ſunt negatiua. primũ ſcꝫ. nulli ni-
ſi deo eſt latria exhibenda. ꝛ ſecũdũ ſcꝫ. no
men dei inuanũ nõ eſt aſſumendũ. ſeu ge-
neralius: deo nõ eſt irreuerentia exhiben-
da. Hec em̃ duo p̃cepta ſic negatiue expo
ſita ex principijs practicis ꝑ ſe notis ꝯclu
di poſſunt ſcꝫ primũ ſic arguendo. Nulli
quod ſuũ eſt ꝛ ſibi ꝓpriũ: eſt ſibi auferendũ
et alteri cui indebitũ eſt attribuẽdũ. ſed la-
tria ſolius veri dei eſt et oĩ alteri indebita
eſt. igit̃ nulli niſi vero deo latria exhibẽda
eſt. Secundũ aũt ſic. Illi a quo q̇s habet
eſſe ꝛ viuere ꝛ reliq̃ oĩa bona q̃ habet non
eſt irreuerẽtia exhibenda per eum. ſed hõ
a deo habet eſſe ꝛ viuere ꝛ reliqua oĩa bo
na que habet. igit̃ deo nõ eſt irreuerẽtia ex
hibenda que tñ ſibi exhibet̃ ſi nomẽ eiꝰ in-
uanũ aſſumeret̃. Et ꝓbabiliter etiã tene-
ri poſſet (q̃uis Scotus dubitet) ꝙ tertiũ
p̃ceptũ prime tabule q̃tum ad indetermi-
nationẽ etiã ſit de lege nature. hoc primo
modo loquẽdo de lege nature. ſcꝫ q̃tũ ad

hoc ꝙ in eo ꝑcipit affirmatiue ꝙ deus ali
quãdo colat. Et dico quo ad indetermi-
natioñe. quia quo ad determinatioñe tem
poris ꝯſtat ipm non fuiſſe de lege nature.
Poſſet em̄ q̄ ad indeterminatioẽ deduci
ex ꝑdicto principio practico: ſic arguendo
Ille a q̄ quis habet eſſe ⁊ viuere ⁊ reliqua
oīa bona q̄ habet: ab eodem eſt aliqñ co-
lendus. ſed deus eſt hmōi. ergo. Vñ etiã
phs. j. Thopicoꝝ ait ꝙ q̄rẽs ſi nix ſit alba
indiget ſenſu. ⁊ q̄rẽs an oporteat deos re-
uereri indiget pene. vbi innuit vtrũqꝫ eſſe
notũ rõne. Unde circa ea q̄ ſunt legis na-
ture hoc ꝑmo mō de⁹ diſpẽſare nõ poſſet
ſm aliq̄s vt aliq̄s licite faceret oppoſitũ eo
rũ. qđ ſi verũ ſit alterius eſt negocij. Alio
mō aliq̄d largius loquẽdo eſt de lege na-
ture qđ et ſi nec ſit principiũ legis nature
practicũ ⁊ notum ex terminis. nec ꝯclo ex
eo euidenter deducibilis: tñ eſt ꝯſonũ illis
q̄ ſunt de lege nature primo mō. ⁊ hoc mō
ꝑcepta ſecunde tabule ſunt de lege nature
Ipſa em̄ nec ſunt principia practica ex ter
minis nota nec ꝯclões inde euidẽter de-
ducibiles. Unde etiã in illis bonis actib⁹
q̄ per eadẽ precipiunt nõ eſt tãta bonitas
que ſit neceſſaria ad ꝯſecutioñe vltimi fi
nis. nec in malis actib⁹ qui ibidẽ ꝓhibent
eſt tanta malicia q̄ neceſſario ſit auertens
ab vltimo fine: quin ſi bonũ iſtud nõ eſſet
ꝑceptum poſſet finis vltimus amari ⁊ at-
tingi. ⁊ ſi malũ illud nõ eſſet ꝓhibitum ſta
ret cum eo acquiſitio vltimi finis. Vnđ ⁊
deus ꝯtra ꝑcepta ſecũde tabule diſpẽſare
poſſet vt innuit Sco. in. iiij. diſt. vl. qđ tñ
nõ eſſꝫ ſi ſtricte eſſent de lege nature. Hoc
etiam modo ꝙ vnus vnã habeat ſic ꝙ nõ
plures eſt de lege nature ſm Rich. in. iiij.
⁊ tñ ex diſpẽſatione diuina cum patribus
facta vni licuit plures habere. nec mos ca
piendo morẽ ꝑciſe. ꝓ ꝯſuetudine fecit hoc
licitũ. q2 ꝯtra legẽ nature ꝯſuetudo nõ va
let ſed diſpẽſatio diuina. Unde Aug. ſup
Geneſim. xxix. excuſando Jacob ⁊ allegã
do tres cauſas excuſatõis. quaꝝ vna eſt ꝙ
habere plures nõ erat ꝯtra morẽ eſt intel-
ligendus ꝙ ille cauſe quas allegat erãt nõ
excuſantes: ſiſtẽdo in eis. ſed faciebant ad
rõnabilitatem diuinit⁹ diſpẽſandi cũ eis.
que diſpenſatio diuina erat excuſans.
His ꝑmiſſis ponam octo ꝯcluſiones
Quarũ prima ſonabit de hoc ꝙ eſt aliq̄d
eſſe dandũ. Alie ſeptẽ de q̄tta danda.

# Prima concluſio.

Preceptũ de decimis dandis deo ⁊ mini
ſtris eius eſt de lege diuina veteri et noua
quo ad hoc qđ eſt eſſe dãduꝫ aliq̄d deo in
honorẽ ⁊ miniſtris eius in ſuſtentationeꝫ.
Probat. q2 ipſum eſt ꝑceptũ morale. mo-
do moralia ꝑcepta ſunt de lege diuina ve-
teri ⁊ noua: cũ vtraqꝫ lex ea ꝑtineat. igit cõ
cluſio vera. Maior ꝓbat. q2 ipm eſt de le-
ge nature. igit eſt ꝑceptũ morale. tenet cõ-
ſequẽtia. q2 quicq̄d eſt de lege nature hoc
ratio naturalis aliq̄ modo dictat. ⁊ ꝑ ꝯñs
eſt de ꝑcepto morali. Añs ꝓbat. quia vel
eſt ꝯcluſio euidẽter deducibilis ex princi-
pio practicoꝝ ꝑ ſe noto. vel eſt valde ꝯſonũ
tali ꝯcluſioni vel principio. vt patet ſic ar-
guendo. Ei a quo quis habet oīa bona q̄
habet quoꝝ ipſe eſt generalis dñs eſt ali-
quid de bonis ſuis offerendũ in eiuſdem
honorẽ ⁊ recognitioñe vlis dominij ⁊ bñ-
ficij. Sed deus eſt hmōi reſpectu hominis.
igit deo a nobis aliq̄d dandũ eſt in hono
rem a nobis de bonis noſtris. Et ꝙ mi-
niſtris ad ſuſtẽtatioñe etiã aliq̄d a nobis ſit
dandũ ſic deducit. Unuſquiſqꝫ tenet ali-
quid dare de ſuis bonis alteri ſi ille alius
ꝓ ſe facit ex officio quod ipſe facere debe-
ret ⁊ vtiliter gerit negociuꝫ eius. ſed miſtri
eccleſie ex officio faciunt ea ꝓ laicis q̄ ipſi
laici facere deberent: gerũtqꝫ negociũ vti-
liter eorundẽ. Item miniſtrãti ſpũalia de-
bent viceuerſa tpalia. ſed miniſtri miſtrãt
laicis ſpũalia. igit. Item Id qđ apđ oēs
credit eſſe faciendũ eſt de lege nature. ſicut
illud ſignũ dicit naturale qđ ſignificat idẽ
apud oēs. modo apud oēs credit ꝙ hõ te
neatur deo aliquid offerre: ſimiliter quo-
qꝫ eius miniſtris. igit. Minoꝝ ꝓbat. Naꝫ
in omni gente ⁊ natiõe homines aliq̄d de
ſui ſubſtantia obtulerunt ⁊ offerũt deo ve
ro vel putatiuo ⁊ ſimiliter eius miniſtris.
Unde ⁊ in egipto ſacerdotibus ꝑbebant
ſtipendia ex horreis publicis. In hac ta
men ꝯcluſiõe ꝑma non dico de quib⁹ bo-
nis noſtris deo quid offerre ſit de lege na
ture ſcꝫ an de externis vl' de internis. Nã
nõ videt ꝙ de externis illud ſit veruꝫ quo
ad deum: q̄uis illud verum ſit quo ad mi-

niſtros dei indigentes ſuſtentatiōe. ſed de internis cuiuſmodi eſt ꝓpria voluntas aut ꝓpria pſona ⁊ act⁹ eius Sicut etiā videtur ꝙ ſacrificare deo ſacrificiū de externis bonis nō ſit de lege nature: ſed tm̄ de ītern͛is. ſcꝫ offerēdo deo voluntatē ꝑ omnia ad ei⁹ beneplacitū. ſed de hoc in ſolutione quarti argumenti.

## Secūda concluſio.

Preceptum de decimis dandis deo et miniſtris eccleſie ꝗ ad q̄ttam dandā eſt de lege diuina veteri: ſed nō de tali diuia veteri que hodie nos obliget. Prima ꝑs ꝯcluſionis patꝫ Leuitici vltio ⁊ Malachie. iij ⁊ Nūeri. xviij. ⁊ Deutero. xij. vbi illud p̄ceptū ponit̄. Secūda ꝑs ꝯcluſiōis ꝓbat̄ q2 nullū preceptū legis diuīe veter͛ hodie nos obligat ex lege diuina niſi ſit morale. modo illud p̄ceptuꝫ nō eſt morale vt ꝓbabit̄ in tercia ꝯcluſione. igit̄. Maior ꝓbat̄. quia om̄e p̄ceptū legis diuine veter͛ eſt vl̄ iudiciale vel ceremoniale vel morale. Cōſtat aūt ꝙ ceremonialia hodie nō obligāt cū eorundē obſeruātia ſit mortifera. Iudicialia etiā p̄cepta nō obligant ex lege diuina vt patet. Vn̄ etiaꝫ ſi illa hodie ligarent aliq̄s ex lege diuina: nō ligarēt tn̄ niſi illos q̇bus ſunt data. ⁊ ſic tm̄ ligarent iſraelitas ſm carnē. q2 ſolū illis tradidit ea. iuxta illud p̄s. Nō fecit taliter oī nationi et iudicia ſua nō manifeſtauit eis. Et apl'us ait. Quecūqꝫ lex loquit̄ his q̇ ſunt ſub lege loquit̄. Pauci autē ſunt hodie fideles q̇ ſunt iſraelite ſm carnē. et ſic ad nos nō extēderent̄ illa iudicialia niſi q̊ ad pauciſſimos. ſecus de moralibus q2 chriſt⁹ illa ad nos extendit ea in ſua lege exprimēdo. et etiam q2 moralia ſunt etiā legis naturalis ſub q̄ oēs hoīes ſunt. Et dico ex lege diuina q̇a ꝓnceps poſſet inſtituere aliqđ p̄ceptū iudiciale legis diuīe veteris quo inſtituto illud obligaret ex lege nō diuina veteri ſed humana. licꝫ illa hūana lex ſit roborata lege diuina noua Luc. x. Qui vos ſpnit me ſpernit. Et ad Ro. xiij. Obedite p̄poſitis veſtris.

## Tertia concluſio

Predictū p̄ceptum quo ad quottam dandā non eſt morale. Probatur octo ꝓbationib9. Pro ꝓma ratione duo ſuppono. Primo ꝙ inter oīa p̄cepta legis diuine veteris decem mandata erāt maxime reputationis. et nō ſolum maioris reputatōis q̄ꝫ iudicialia et ceremonialia. ſed etiā q̄ꝫ alia q̄dam moralia. Illa ſuppoſitio patet dupl'r. Prio Nā illa cum maiore ſolēnitate tradita fuerunt Moyſi q̄ꝫ cetera. Erāt em̄ illa decem ſcripta digito dei ⁊ in tabulis redacta. ſed cetera oretenus tradita ſunt moyſi: q̇ ea poſt denūciauit ꝑplo. Scđo patet. q2 decē mādata fuerunt poſita ad arcā teſtamēti que arca ponebat̄ ad ſanctiſſimū locum ſcꝫ ad ſancta ſanctorū. Unde. iij. Regū. v. dicit̄. Non erat in arca niſi tm̄ due tabule lapidee quas poſuit ibi Moyſes ſeru⁹ dei in oreb. ⁊ ſic tunc in arca nō erant cetera mādata. Unde liber Deuteronomij erat nō intra arcā ſed extra in ſcrinio ad hoc facto in latere arce poſito. in quo etiam vidētur fuiſſe vrna aurea ⁊ virga aaron: ꝓut vult poſtillator ſm aliq̄s ibidē. Secūda ſuppoſitio ꝙ p̄ceptū de ſanctificādo ſabbatū et p̄ceptū de decimis dandis in hoc cōueniunt ꝙ vtrūqꝫ duo includit ſcꝫ indeterminationē ⁊ determiatiōeꝫ. Unde in p̄cepto de decimis dādis p̄cipit̄ ꝙ aliq̇d detur. ⁊ etiā precipit̄ determiata q̊tta danda ſcꝫ decima pars. ſic in p̄cepto de ſanctificando ſabbatum p̄cipit̄ ꝙ deus aliquādo colat̄. et etiam p̄cipit̄ determiatus dies quo cultus ſibi impēdatur: quia die ſabbati. Ex his ſuppoſitionibus ſic arguit̄. Mag͛ videt̄ ꝙ p̄ceptum de ſanctificando ſabbatū quo ad omnia incluſa hoc eſt quo ad determinationē ⁊ indeterminatōe ſit ex lege diuina hodie quo ad omnia obligatoriuꝫ et per cōſequens morale q̄ꝫ ꝙ preceptū de decimis dandis quo ad omnia incluſa ſit ex lege diuina veteri hodie obligatorium. et per conſequens morale. Modo preceptum de ſanctificando ſabbatum non eſt quo ad vtrunqꝫ incluſum morale: nec hodie obligatorium ex lege diuina. igitur nec preceptum de decimis dādis erit quo ad vtrūqꝫ incluſum morale: nec ex lege diuina hodie obligatorium. Et cū quo ad indeterminationem ſcꝫ quo ad hoc ꝙ eſt aliquid eſſe dandum ſit preceptum morale ⁊ hodie ex lege diuina obligatoriū vt in prima patuit cōcluſione: relinquit̄ ꝙ quo ad

quottam dandaꝫ nō ſit morale nec hodie ex lege diuina obligatoriū. Maior ꝓbat͛. quia ꝑceptum de ſanctificando ſabbatuꝫ fuit vnū de decem ꝑceptis tabulaꝝ moyſi. imo fuit de prima tabula. modo illa ꝑcepta excellunt oīa alia in nobilitate et obligatiōe. ꝛ min⁹ diſpēſabilia ſunt. Preceptū aūt de decimis nō erat in tabulis nec prima nec ſecūda. Minor ꝓbatur. quia quo ad determinatione͂ temporis ſcꝫ ꝙ cultus deo debitus fiat illo determīato die. ſ. ſabbati: ꝑceptum de ſanctificando ſabbatum nō eſt morale. quia hodie eſt abrogatuꝫ et mortificatū per mortem chriſti. modo per mortem chriſti nulla moralia fuerūt mortua. imo per ipm adimpleta: dicēte Matthei. v. Non veni ſoluere legem ſed adimplere. Unde etiā eccl'ia voluit non ſolum illud ꝑceptum non eſſe obligatorium quo ad determinatione͂ temporis, ſed etiā ꝓhibuit illam determinatione͂ tēporis ſeruare vt patet in cano. Peruenit. de ꝯſecra. diſt. iij. Mirandū igit͛ valde foret ꝙ ꝑceptum de decimis quo ad determinatōem quotte dande nō fuiſſet per morteꝫ chriſti mortuum. ꝛ tamē preceptum de ſanctificando ſabbatū quo ad determinatione͂ tēporis ꝑ mortem chriſti fuiſſet mortuū. Correlarium ſalua pace tenentiū oppoſitū dici poſſꝫ eis. Qꝛ ipſi viderent͛ ſimiles quaſi eſſe illis quibus chriſtus dicebat Matthei. xxiij. Ue vobis ſcribe phariſei ꝛ ypocrite q̇ decimatis mentā ꝛ anetū ꝛ ciminū et reliquiſtis que grauiora ſunt legis Non ꝙ preceptum de ſabbato obliget hodie quo ad q̄ttam tēporis. ſed q̇a nō trepidant dicere et bene ꝑceptum de ſabbato ꝑ amplius nō eſſe obligatoriū ſed abrogatū quo ad q̄ttā et tamē trepidāt aliud quod minus eſt dicere eſſe abrogatum ꝛ non amplius fore q̄ ad quottam ex lege diuina obligatorium. nec textus aliqui qui vident͛ eos mouiſſe concludunt vt oſtendem⁹ reſpōdendo ad illos. Secunda ratio ꝙ decima pars et non vndecima vl' nona ſit danda non eſt de lege nature ſiue ſtricte ſiue large capta. igitur nec eſt de ꝑcepto morali. Conſeq̄nſia tenet. Omne morale eſt de lege nature ſtricte vel large capta: ꝛ p̄ſertiꝫ morale noue legis. Nam de moralibus ꝑceptis illius legis ſpecialiter dicit͛ Hieremie. xxxj. Dabo legem meam in viſceribus eoruꝫ ꝛ in corde eoꝝ ſcribam eam. Ubi innuitur ꝙ lex noua quo ad precepta moralia eſt d̄ illis que ratio naturalis dictat eſſe facienda vel omittenda. Antecedens autem ꝓbatur. quia ꝙ preciſe decima pars ſit danda nec eſt principium practicum legis nature neceſſarium ꝛ ex terminis notum. nec eſt concluſio euidenter ex tali deducibilis et ſic non erit de lege nature ſtricte capta. Similiter nō eſt cōcluſio que ſit valde cōſona tali principio vel concluſioni plus q̄ꝫ ꝙ detur ſeptima vel nona vel vndecima. Nam ſicut tu aſſignares aliquas ratiōes cōgruentie quare deberet preciſe decima pars dari Ita etiam alique inuenirentur rationes congruentie ꝙ congruū eſſet ſeptimam dari. vtputa in memoriā beneficij creationis mundi: quem cum ſex dieb⁹ creaſſet ac diſtinxiſſet ipſe die ſeptima cōpleuit opus ſuum et quieuit ab omni opere quod patrarat. Item ratio etiam congruentie poſſet inueniri quare etiam congruum eſſet dare duodecimā vel tredecimam partem. vtputa quia populus q̇ leuitis debebat dare decimas per duodeciꝫ tribus erat diuiſus et leuitica tribus erat tredecima. igitur aliqua congruentia ſubfuiſſet ꝙ duodecim tribus dediſſent tredecime tribui tredecimā partem vel duodecimaꝫ. Unde tales rationes congruentie non concludūt id qđ cōcludunt fore debitum vt ſcꝫ ſic debeat fieri ſed congruuꝫ. vtputa ꝙ congruum ſit talia fieri: non tamē ſic quin etiam ſi aliter fiat ꝯgrue fieri poſſet. Sicut deus ea que fecit congrue fecit illis modis quibus ea fecit. et tamen ſi illa alijs modis feciſſet etiam congrue feciſſet.

Tercia ratio. Quando in aliquo precepto veteris legis diſponuntur illa tria ſcꝫ Primo ꝙ detur aliquid. Secundo ꝙ cū aliquanta quotta. Tercio ꝙ detur alicui certe perſone. ſi ex hoc ꝙ deus tulit illud ꝑceptum: primū et ſecundum obligēt et ſint moralia: eadem ratione terciū obligabit ꝛ erit morale ſcꝫ ꝙ detur tali perſone. Sed in precepto de decimis dandis tria diſponuntur. ſcꝫ. Primo ꝙ detur aliquid. Secūdo ꝙ tanta quotta ſcilicꝫ decima pars. Tercio ꝙ detur certis perſonis ſcilicet leuitis. igitur ſi quo ad duo prima illud pre

ceptum veteris legis nos obliget in noua
lege et per cõſequens ſit morale: tunc etiã
quo ad tercium nos obligaret. Sed con-
ſequens eſt falſuꝫ vt ꝓbabo. igitur nõ erit
morale quo ad ambo duo prima. ⁊ tamen
quo ad primũ eſt morale ⁊ obligãs in no-
ua lege. igitur quo ad ſecundũ nõ obliga-
bit ex diuina lege nec erit morale. Maior
ꝓbatur. quia da oppoſitũ maioris tunc eadẽ
facilitate qua tu dicis tale ꝑceptum quo ad
duo prima eſſe obligatoriuꝫ in noua lege
et per conſequens eſſe morale ex hoc ꝙ de
us ipſum tulit: ⁊ tamẽ quo ad tercium di-
cis ipſum non eſſe obligatorium in noua
lege non obſtante ꝙ deus eque tulit terci
um ſicut duo prima. eadem facilitate eque
vellem dicere ꝙ quo ad terciũ eſſet obliga
torium in noua lege. ex eo ꝙ deus ipſuꝫ tu
lit. ⁊ per cõſequẽs ipſum eſſe morale. et nõ
quo ad duo prima: non obſtante ꝙ omĩa
tria eque tuliſſet. Minor autẽ de ſe patet.
Sed falſitas cõſequentis ꝓbatur. quia ſi
eſſet obligatoriũ quo ad terciũ ⁊ per conſe
q̃ns morale ſcꝫ ꝙ talibus determiatis ꝑſo
nis deberent dari decime Uel ergo per le
uitas intelligis leuitas qui ſm carnẽ deſcẽ
derunt de genere leui. ⁊ ſic hodie pauciſſi-
mis chriſtianis clericis teneretur popul⁹ da
re decimas. quia pauci ex clericis chriſtia
nis ſunt de genere leui ſm carnem. Uel ꝑ
leuitas intelligis ſpiritualiter ipſos diaco
nos noue legis. et tũc ex lege diuina popu
lus ſolis diaconis non habentib⁹ ſacerdo
talem ordinem: etiam ſi nõ haberent cura
ta beneficia eſſet obligatus dare decimas
quia in eodem ꝑcepto diſtinguuntur leui
te a ſacerdotibus. ⁊ ſacerdotibus debebã
tur ſolum primitie et decima decimarũ vt
patet ibidẽ. Quarta ratio Si quo ad q̃r
4 ratio tam predictum ꝑceptum eſſet ex diuina le
ge hodie obligatoriũ ⁊ per ꝯſequens mo
rale: ſequerentur duo. Primo ꝙ omẽs ſacer
dotes qui tẽporibus noſtris nõ longe re-
troactis ſcꝫ M. cccc. lxxxvij. recuſauerũt
ſummo põtifici ſcꝫ Innocẽtio octauo da-
re decimã decimaruꝫ quam prefato anno
exegit ꝑ certas dioceſes in almania: eſſent
in ſtatu damnationis. imo non ſolum oẽs
ſacerdotes ſed etiam omnes diaconi. ꝓba
tur. quia eque dicendum eſſet ꝙ preceptũ
veteris legis quo diſponebatur ꝙ leuite de
berent dare decimã decimarũ ſummo ſa-
cerdoti eſſet obligatoriũ in noua lege. et ꝑ
ꝯſequens morale ſicut preceptum veteris
legis quo diſponitur ꝙ populus debeat le-
uitis dare decimam eſt per te obligatoriũ
ex diuina lege. Aſſumptũ probatur. quia
eque vnum cõtinetur in veteri lege ſicut re-
liquum. vt patet Numeri. xviij. Et ſi ad-
uerſarij dixerint ꝙ ſummus ſacerdos id ẽ
papa aliunde habet ꝓuiſionem de qua ſu
ſtentari poteſt. ideo non eſt opus ſibi a cle
ricis inferioribus dari decimã decimarũ.
Contra hoc tripliciter. Primo quia tunc
eadem ratione populus ille cuius pleba-
nus haberet ſufficientiã bonoꝝ tempora-
lium ex donatiõe alicuius fidelis vel fide-
lium nõ teneretur ſuo plebano dare deci-
mam. Et ſicut tu diceres ꝙ etiam ſi pleba
nus habet aliunde ſufficientiam: adhuc ſi
bi debentur decime. quia illas debebit da
re pauperib⁹. ita etiam de ſummo pontifi-
ce diceretur. Et confirmatur. quia ſicut ſum-
mus ſacerdos titulo donationis ſibi facte
a Conſtantino habet ſufficientiã. ⁊ ꝓpter
hoc ꝙ ſufficientiam habet tu abſoluis cle
rum a precepto dei dandi decimã decima
rum ſummo ſacerdoti. Ita predictus ple-
banus ſi haberet ex titulo donationis ſuf
ficientiam tẽporalium: propter illã abſol-
uendus etiaꝫ veniret populus a precepto
dei dandi eidẽ plebano decimã. Secun
do. quia ſaltem nunc ſummo põtifici alle
ganti indigentiam ⁊ indigenti exiſtenti te-
neretur clerus dare decimam decimarum.
Tercio ſic. Precepta veteris legis q̃ ſunt
obligatoria etiam pro tempore noue legis
et per cõſequens moralia: ſunt ſic ſeruan-
da et implenda ꝙ non ſufficit ꝙ loco eorũ
fiat equiualens vel melius vt ꝓbabo. Si
ergo preceptum de decimis decimaꝝ per
leuitas dãdis ſummo ſacerdoti ex diuina
lege veteri manſiſſet obligatoriuꝫ etiam ꝓ
tempore noue legis ⁊ per cõſequens mo-
rale fuiſſet: non ſufficeret leuitis vel clero
noue legis ꝙ ipſi ſummo põtifici feciſſent
prouiſionem ſufficientẽ vel etiam meliorẽ
aliunde q̃ꝫ ex decimis decimarũ quin ad-
huc tenerentur ad ſeruandum predictũ pre-
ceptũ in forma ſicut ſonat. Preterea etiaꝫ
adhuc non conſtat ꝙ clerus vel leuite fe-
cerint ſummo pontifici talem ꝓuiſionem

loco ꝛ nomine decime decimarũ ſed pro⸗
uiſio quã habet: habet ex donatione Con
ſtantini qui eam non fecit nomine cleri et
nomine decime decimaꝝ a clero dandaꝝ.
Maiorem ꝓbo per exemplũ. j. Regũ. xv.
vbi Saul habebat in precepto (quod ta⸗
men non erat ſimpliciter morale) ꝙ debe
ret occidere Agag regem Amalech ꝛ vni
uerſa eius demoliri ꝛ ĩterficere a viro vſqꝫ
ad mulierem ꝛ paruuluꝫ atqꝫ lactãtem bo
uem ꝛ ouem camelũ ꝛ aſinum. ꝛ cũ Saul
hoc preceptum nõ ſeruaſſet in forma qua
ſibi p̃ceperat dominus illudqꝫ in meliꝰ vt
ſibi videbatur cõmutare preſumpſiſſet vt
puta reſeruando regẽ viuum: parcendoqꝫ
melioribus ouibus ꝛ pecoribꝯ: ꝛ hoc etiaꝫ
in bonum finem fecerat vt ſcꝫ illa offerre⸗
renť domino deo: nihilominus tantã iraꝫ
dei meruit ꝙ Samuel ei dixit. Pro eo ꝙ
abiecisti ſermonem domini: abiecit te do⸗
minus ne ſis rex. Et paulo ante. Melior
eſt obedientia q̃ꝫ victime. ꝛc̃. Simile pa⸗
tet. iij. Regũ. xx. vbi dominus per ꝓphe⸗
tã mandauerat regi Achab occidere Be⸗
nadab regem ſirie. Quod mãdatũ achab
cum non ſeruaſſet ſed ex clementia ipſi re⸗
gi ſirie pepercisſꝫ eundem non occidendo
propheta ſibi ait Quia dimiſiſti virum di
gnum morte de manu tua erit anima tua
pro anima eius ꝛ populus tuꝰ pro popu⸗
lo eius. Secundo ſequeretur ꝙ etiam il⸗
li eſſent in ſtatu dãnatiõis qui de ſuis ter⸗
renaſcentibus non reſeruarent ꝛ darẽt in
tegraliter decimã ipſis pauperibus etiam
quo ad quottam. quia et ille decime eque
precepte ſunt in lege diuĩa veteri ſicut alie
vt patet in locis preallegatis. Ex quibus
Hieronimus recolligit quadruplices de⸗
cimas eſſe preceptas. cuius ſententia etiaꝫ
trãſumptiue habetur in cap̃. j. extra de de
cimis. Pro quinta ratione ſuppono ꝙ in
precepto de primitijs ac primogenitiſ dan
dis quod habetur Exodi. xxiij. duo con⸗
tinentur. Nam primo precipitur ꝙ aliq̃d
detur. Secũdo quotta pars in ordine ſit
dãda. quia ſcꝫ prima eſt danda: a qua etiã
vocantur primitie. Et licet ex lege diuina:
quotta q̃ꝫtum ad quantitatem in qua eſſꝫ
danda non eſſꝫ determĩata ſed relicta erat
deuotioni dantium. veruntamẽ poſtea ho
mines quia pigri erãt ꝛ auari introductũ
fuit a maioribus vt teſtatur Hieronimus
ꝙ qui multum dabant: dabãt quadrage⸗
ſimam partem. qui minimũ: ſexageſimam
Et qui inter ſexageſimã et quadrageſimã
dabant: mediocriter ſe habebant. Illa
ſuppoſitiõe premiſſa Arguiť ſic. Sicut in
precepto de decimis dandis ponitur vna
determĩatio quotte ſcꝫ ꝙ decima pars eſt
danda. ſic in precepto de primitijs dãdis
ponitur vna determinatio ordinis ſeruan
di ſcilicet ꝙ prima pars fructuum vel fru⸗
gum detur. Si ergo quotta que determi⸗
nata eſt in decimis caderet ſub obligatio⸗
ne legis diuine veteris hodie obligantis.
et per cõſequens eſſet de precepto morali:
eadem ratione preceptũ de primitijs quo
ad determinationẽ ordinis ſeruandi ex le⸗
ge diuina hodie obligaret et eſſet morale.
Conſeq̃ntia tenet. quia vtrũqꝫ eque preci⸗
pitur in lege diuina Exod. xxiij. Cõſeq̃ns
tamẽ eſt falſum. quia tũc omnes chriſtiani
vel fere omnes eſſent in ſtatu damnatõis.
quia nulli vel pauciſſimi ſeruant hoc pre⸗
ceptum de primitijs quo ad determinatio
nem ordinis ſeruandi. vtpote ꝙ dent pri⸗
mam partem frugum ꝛ primogenita ani⸗
maliũ. imo plurimi nec primam nec ſecun
dam nec aliquam dant partem primitia⸗
rum. Unde etiam ratio naturalis non di
ctat ꝙ potius prima pars ſit danda q̃ꝫ ſe⸗
cunda vel tercia. Nam licet ratio dictet ꝙ
deus primo ꝛ ante omnia ſit honorãdus.
non tamen dictat ꝙ preciſe de tali ꝑte que
eſt prima potius q̃ꝫ de illa que eſt ſecunda
ſit honorandus: cum ſtet poſteriorem eſſe
nobiliorem priori. Unde ꝙ dominus pri
mitias ſibi inſtituit dandas fuit in memo
riam liberationis filioruꝫ iſrael de egypto
quam preceſſit occiſio omniũ primogeni⸗
torum egypti. Idem etiam poſſet dedu⸗
ci de oblatiõe. De ea em̃ diciť Exodi. xxiij
Non apparebis in conſpectu meo vacu⸗
us. Fideles autem hodie dicunť appare⸗
re in conſpectu dei quando aſſunt in offi
cio miſſe. et ſic in quolibet officio miſſe te⸗
nerentur ad oblationem. et ſic qua ratõne
illud de decimis hodie obligaret: etiam il
lud de oblatione. p̃ſertim cum illud de ob
latione magis videatur in honorẽ dei in⸗
ſtitutum q̃ꝫ illud de decimis. ꝛ etiam illud
de oblationibus eſt receptum ab eccleſia

ſin nouo teſtamento in c. Omnis chriſtia-
nus. de conſecra. diſt. j. Et ideo ſicut vnuʒ
videretur eſſe de lege diuina hodie obliga
toria ⁊ indiſpenſabile ac inabrogabile per
conſuetudinem: ita etiam et reliquum. cō-
ſequens eſt incōueniens. quia tūc totiens
peccarent mortaliter homines quotiens
miſſe interexiſtendo non offerrent tempo
ralia mūera ad altare. Sexta ratio. Nō
plus eſt de lege diuina hodie obligatoria
et per conſequēs de precepto morali dare
decimam ꝙ̃ ſacrificio colere deum. modo
licet ſit de lege diuina hodie obligatoria ⁊
per cōſequens de precepto morali ac de le
ge nature ꝙ deus colatur ſacrificio. ſed ꝙ
tali vl' tali ſacrificio ſpeciali de illo anima
li vel terrena ſcenti colatur. aut tali vel tali
ritu: nō eſt de lege diuina veteri hodie ob
ligatoria. et per conſequens non eſt de p̄-
cepto morali. quia tunc cum dominus p̄-
ceperit in veteri lege ſe coli per ſacrificia q̊
rundam animaliū ſcilicet boum. auium. ⁊
ſic de aliis. talia nos hodie obligarent. igi
tur eadem ratione licet offerre de ſuis bo-
nis vel de ſua ſubſtātia aliquid deo in ho
norem et recognitionē vniuerſalis domi-
nij: atqꝫ miniſtris ſuis in ſuſtētationē: eſſet
de lege diuina veteri hodie obligatoria. et
per conſequens de precepto morali. tamē
ꝙ tota pars detur non erit de lege diuina
veteri hodie obligatoria. et per conſequēs
non erit de lege morali. Septima ratio.
Si quotta decime eſſet de lege diuina ve
teri hodie obligatoria ⁊ per conſequēs de
precepto morali: ſequeretur ꝙ tota italia
eſſet in ſtatu damnatiōis. quia ibi non ſer
uant preceptum de decimis quo ad quot
tam dandam. Et ſi hoc non repures incō
ueniens ſequeretur ꝙ omnes pape q̄ huc
uſqꝫ hoc toleraſſent ſimiliter ⁊ epiſcopi ac
alij prelati italie ⁊ qui in futuro tolerarent
eſſent in ſtatu damnationis Nam nō mi-
nus peccarent ꝙ̃ ſi aliquaʒ hereſim in eis
tolerarent. Prelatus em̄ ſicut tenetur an-
nunciare populo articulos fidei ⁊ ſi popu
lus oppoſita articulorū fidei credat putās
ſe bene credere: et prelatus hoc ſciat: tene-
tur iſtum errorem extirpare. ſic nō minus
tenetur ſi videat populum non ſeruanteʒ
moralia precepta et credentem ſe non obli
gatum: illum eorum errorem extirpare et

oppoſitum inſinuare. Nam ad ſalutē cō-
ſequendam non minus neceſſaria eſt ob-
ſeruantia moraliuʒ preceptorum ꝙ̃ fides
articulorum. Unde Ezechielis. xxxiij. ha
betur ꝙ anime ſubditoruʒ requirentur de
manu ſpeculatoris videntis gladiū ⁊ non
inſonantis tuba. Nec valet qđ aduerſa-
rij dicerent ꝙ ꝯſuetudo approbata a pa-
pa minuens quottam decime valeat: quia
conſuetudo cōtra precepta dei non valet.
et hoc preſertim in moralibus in quibꝫ ſo-
lus deus diſpenſare poteſt et aliqua eorū
tollere in toto vel in parte. Nam qua ra-
tione papa poſſet cōſuetudinem inductaʒ
contra vnum morale approbare: eadeʒ ra-
tione conſuetudinem introductā ꝯtra oīa
moralia approbare poſſet. ⁊ ſic tandem li-
ceret furari ⁊ om̄ia ſcelera facere. Nec va
let qđ dicunt quidam ꝙ papa licet nō poſ
ſit ex toto tollere preceptū diuinuʒ: pōt ta-
men ipſum tollere in parte. Nam qua ra-
tione in vna parte eadem ratiōe in alia. et
iterum aliā poſſet tollere et ita ex toto tolle
re poſſet. Unde licet papa poſſit p̄ceptuʒ
diuinū interpretari ꝙ in certis caſibꝫ non
obliget: per hoc tamen non debet dici ab-
ſtuliſſe illud preceptum in illa parte. quia
per hoc ꝙ diceretur abſtuliſſe ipſum in il-
la parte: innueret̃ ꝙ deus in illis caſibus
in illa parte voluiſſet preceptum eſſe obli-
gatorium ⁊ ꝙ papa illam obligationē ſu-
ſtulerit quod non eſt verum. Et poſſet exē
plificari de precepto Non occides. quod
papa nō debet dici in ꝑte tollere ex hoc ꝙ
determinat licitū eſſe quoſdam vt malefi-
cos occidere. quia nec deus ſuū preceptū
de talibus intelligi voluit. Octauo ꝓbat̃
p̄dicta ꝯcluſio ex autoritate beati Augu-
ſtini ſic arguendo. Preceptū veteris legis
hodie obligatoriuʒ ⁊ ꝑ ꝯñs morale: nō eſt
imꝑfectum nec trāſijt. modo ſm̄ Auguſti
nū decimas dare fuit imꝑfectum ⁊ trāſijt.
igit̃ ⁊c̃. Minor ꝓbat̃. Nam in quodā ſer-
mone vt eum allegat archiep̄us Florenti
nus in ſumma ſua parte. ij. titl'o. iiij. c. iij. §.
v. allegando Johannem Neapolitanum
dicit Sabbata obſeruare ⁊ decimā dare
et circūciſionem facere ⁊ huiuſmodi imꝑ-
fecta erant trāſieruntqꝫ om̄ia ⁊ ꝑfecta ſunt
Et cōfirmat̃ etiaʒ ex eadem autoritate. nā
ipſe Auguſtinus in p̄fata autoritate enu-

uerat hoc qđ eſt dare decĩas inter ea ad
que hodie lex diuina non obligat ſcꝫ inter
circũciſionẽ et ſabbati obſeruationem. qđ
ſignum eſt ꝙ etiam decimam dare eodem
paſſu ambulet ſcꝫ ꝙ non obliget ex lege di
uina: licet in alio non pari paſſu ambulet.
quia cetera ſunt mortifera nõ illud. ſed in
hoc qđ eſt ea impfecta fuiſſe ⁊ trãſijſſe eq̃-
parantur.

## Quarta concluſio.

Preceptum de decimis dandis nõ eſt de
lege diuina euãgelica quo ad quottã dan
dam. Probatur dupl'r. Primo ſupponen
do ꝙ in lege diuina euangelica ſunt dupli
cia p̄cepta Quedam ſunt de iure diuino ⁊
moralia pure. Quedaꝫ ſo de iure diuĩo et
poſitiuo. Exemplũ primi vt diliges dñm
deum tuũ ⁊ ꝓximum ſicut teipſum ⁊c̃. Et
illud. ſerua mandata dei. in quibus intelli
gunt̃ precepta decalogi. Exemplũ ſecundi
vt p̄ceptuꝫ quo p̄cipit̃ ſuſceptio baptiſmi.
ſcꝫ Johis. iij. Niſi quis renat⁹ fuerit. Et
Math. vltimo. Qui crediderit ⁊ baptiſa-
tus fuerit ⁊c̃. Item etiam p̄ceptum vt vi-
det̃ de ſuſcipiendo aliqñ ſacramẽtũ eucha
riſtie ꝓut ſentit Petrus de palude. tamen
hoc nõ ꝓbaretur per illud Johis. vj. Ni-
ſi manducaueritis ⁊c̃. quia diceret̃ ꝙ chri
ſtus illud nõ intellexerit de manducatio-
ne ſacramẽtali. Item p̄ceptum ꝙ in eccle-
ſia per ſacerdotes ꝯficiat̃ euchariſtia et ſal
tem per illos ſumat̃. quia chriſt⁹ p̄cepit di-
cens Hoc facite in meã cõmemoratiõeꝫ. i.
ſic conficite ⁊ ſumite. Similiter p̄ceptum
ꝙ homines teneant̃ pctã ſua ore confiteri
ſacerdoti quod eſt de iure diuino Et poni
tur implicite Johis. xx. Quorum remiſeri
tis ⁊c̃. vt ex eodeꝫ paſſu deducit Scotus
in quarto. diſt. xvij. Hec eñ tria precepta
legis euangelice ſunt de iure diuino. quia
a deo ſcꝫ chriſto ĩmediate in lege ſua ema-
narunt. et tamẽ non videntur debere dici
moralia: q̃niã moralia ſunt de lege nature
ſtricte vl' large capta ⁊ ea dictat naturalis
ratio ꝙ ſint ſeruanda ⁊ ſm ea ſit agendum
Moralia etiam obligant homĩes a prin-
cipio mundi vſq; in finem. homines autẽ
ante legem euangelicam nõ fuerunt obli-
gati ad illa precepta obſeruanda: cum nõ
dũ eſſent inſtituta. ſed poſſunt vocari poſi
tiua eoꝙ de nouo poſita ſunt: cũ antea nõ
obligauerant: in hoc habẽtia aliquã ſimi-
litudinem cum preceptis poſitiuis huma
nis que non ſemꝑ obligauerunt eoꝙ non
ſemper fuerunt. ſed ſolum a tẽpore quo in
ſtituta ſunt ac ꝓmulgata. Hac ſuppoſi-
tione p̄miſſa arguitur ſic. Si preceptũ de
quotta decime dande eſſet de lege diuina
euangelica. vl' ergo eſſet preceptum mora
le eius vel poſitiuum eius. Non primũ. q2
ꝓbatum eſt ipſum non eſſe morale. et ꝑ cõ
ſequens nec illius nec alterius legis. Nec
ſecũduꝫ. quia tunc chriſtus alicubi ipſum
inſtituiſſet et euangeliſte eius inſtitutionẽ
a chriſto alicubi exp̄ſſiſſent ſicut alia poſi
tiua a chriſto inſtituta expreſſerũt ſcriptis
vt de baptiſmo ſuſcipiendo. Et ſi quis di
xerit ꝙ chriſtus ipſum inſtituerit Math.
xxiij. in hoc ꝙ ipſum approbabat dicẽs ad
illos qui dabant decimas minutas et ma
iora legis relinquebant Hec oportuit fa-
cere: illa aũt non obmittere. Ubi etiaꝫ glo
ſa ait. Precepit dominus omniũ rerũ de-
cimas offerri ꝓpter alimoniã ſacerdotum.
hoc non valet. quia ibi loquitur pro ſtatu
veteris legis vt exponit expreſſe Criſoſto
mus. vt notanter dicit oportuit: qđ eſt ver
bum p̄teriti temporis. modo vet⁹ lex pro
ſuo ſtatu obligabat homĩes: nedũ quo ad
moralia: ſed etiam quo ad iudicialia et ce-
remonialia. Et auteꝫ ꝓpter predicta verba
chriſti non oporteat dicere ꝙ chriſtus ap-
probauerit illud p̄ceptum de decimis dã-
dis tanq̃ꝫ in noua lege obligatorium: patꝫ
quia tunc eadem facilitate ipſe etiam pre-
ceptum de circumciſione et ſabbato ſeruã
dis approbaſſe diceret̃ tanq̃ꝫ in noua lege
obligatoria. quod conſtat eſſe falſum. Se
quela ꝓbatur. Nam ipſe p̄ceptum circũ-
ciſionis facto ⁊ verbo approbauit. Facto:
in hoc ꝙ circũciſionem in ꝓpria carne ſu
ſcepit. verbo aũt in hoc ꝙ dixit Johis. vij
Si licet circumciſioneꝫ facere ſabbato vt
non ſoluat̃ lex moyſi ⁊c̃. Et ſimiliter patet
de ſabbato. Similiter ꝙ phariſeus dice-
bat: decimas do omniũ que poſſideo. nõ
ligat nos. etiã ſi illud eius factum fuiſſet a
chriſto approbatũ vt debitum. quia nõ ni-
ſi pro illo tempore intelligeretur eſſe debi-
tum. Nec eius facta ligant nos quia tunc
etiã deberem⁹ bis ĩ hebdomada ieiunare

ex lege chriſti. quia idē illud de ſe dicebat.

Secunda ratio ꝓ qua ſuppono ex actibus apl'oꝝ cap. xj. ⁊ .j. Corinth. xvj. ꝙ poſt aſcenſionē dñi facta fuit ſub Claudio fames valida in iudea: adeo ꝙ inter fideles fiebāt collecte ꝑ apl'is ⁊ aliis fidelibꝫ q̄ habitabant in hieruſalē ad tollendū eoꝝ penuriā. Ex quo arguit̄ ſic Si p̄ceptū de decimis fuiſſʒ obligatoriū ex lege diuīa euangelica q̄ ad quottā: tunc obligaſſet fideles ꝑ tunc exiſtētes ad dandū illā quottā apoſtolis ⁊ apl'i eis intimaſſent. nec hoc reliq̄ſſent eoꝝ bñplacito. ⁊ tñ .j. Corīth. xvj. paulus dicebat eis. Unuſquiſqꝫ veſtꝝ apd̄ ſe reponat recōdens qd̄ ei bene placuerit. et ij. Coꝝ. viij. cū ſcripſiſſet corinthis ſuꝑ tali collecta: mox ſubiecit dicēs. Non q̄ſi imperans dico. Et infra. ⁊ ꝯſiliū in hoc do. Vñ etiā Actuū. xv. cū apl'i determiāre vellent ad q̄ precepta legis moyſi tenerent̄ gētiles cōuerſi ad fidē: nullā eis fecerūt mentionē de decimis dādis. Tercia rō. Sola illa ſunt de lege euāgelica q̄ a xp̄o ꝑ apoſtolos ſunt mādata. ſm illud Math. vlti. Euntes docete oēs gentes ſeruare oīa q̄cūqꝫ mādaui vobis. Et Paul' dicit Act. xx. Nō eñ ſubterfugi q̄ minus annūciarē vobis oē ꝯſilium dei. mō in doctrina apoſtoloꝝ ac euāgeliſtarū nō ꝑtinet̄ publicatio p̄cepti de decimis dandis. Unde paulus publicauit ſuis queādmodum poſſet ſumere ſumptus ſibi neceſſarios q̄s etiaʒ ſui ſibi dare tenebant̄: allegās ad hoc ſententiā dñi dicētis Dignus eſt oꝑarius ⁊c̄. Et tñ non legit̄ aliq̄d de decimis exp̄ſſiſſe qd̄ vtiqꝫ nō ſubticuiſſet ſi hoīes eſſent obligati miſtris eccleſie ad dandū nedū ſumptus ad ſuſtentatiōem ſed etiam ad quottam decime dande.

## Quinta concluſio.

Non eſt dicendū ꝙ hec opinio dicens p̄ceptum de decimis nō eſſe de lege diuina hodie obligatoriū quo ad quottā dandaʒ ſit quaſi heretica: vt iuriſte aliqui dicunt. Hec cōcluſio ponitur ꝓpter duos canoniſtas ſcʒ Innocentiū ⁊ Anthonium de butrio. Nam Innocētius vt allegat Panormitanus in capl'o In aliquibꝫ. extra de decimis: dicit. ꝙ dicentes decimas perſonales non eſſe de iure diuino ſunt quaſi heretici. ⁊ mirat̄ de nouis theologis contrarium aſſerētibꝫ. Nam vt dicit. Si de his que ꝓducit humus debet deus honorari forti' in his q̄ ꝓducit oꝑa ⁊ induſtria hominis tanq̄ dignior. Et ſic de ſua mēte fuit ꝙ taʒ ꝑſonales q̄ prediales decīe eſſent de iure diuino. ⁊ cōtrarium aſſerentes reputat quaſi hereticos. Similiter Anthonius de butrio vt allegat Panormitanus vbi ſupra: dicit. ꝙ multos theologos conſuluit ſuper hoc tam in cōfeſſione q̄ extra et ꝙ nunq̄ reꝑperit vnū qui ſibi faceret cōſcientiā ſuꝑ ſolutione decimaꝝ. Sed ipſe hoc damnat ⁊ dicit tales nō ꝓcul ab hereſi fore: cum omnes doctores eccleſie q̄ fuerunt ſancti et doctiſſimi viri Auguſtinus. Hieronim'. Ambroſi': tenuerūt ꝯtrariuʒ vt habet̄. xvj. q. j. Reuertimini. ⁊ c. decime et eadem cauſa q. vij. c. quicunqꝫ. ⁊ c. Maiores. de ꝯſecra. diſt. v. canone Quadrageſima. Et dicit ſe credere eos quaſi damnatos q̄ volunt credere illis aſſerentibus oppoſituʒ. Illo ſuppoſito ꝓbatur concluſio dupl'r Primo ſic Autoritate eiuſdeʒ Anthonij q̄ met dicit ꝙ canoniſta nō eſt bonus determinator in iſta materia ſed theologus: cuius ſcientia eſt ius diuinū. Und' cum ſint decime de iure diuino: ⁊ ad theologos magis ſpectat determinatio dubioꝝ circa ius diuinū q̄ ad canoniſtas: videtur ꝙ theologis ſit ſtādum in materia decimaꝝ magis q̄ canoniſt'. Hec ille. Ex cuius ꝓprio ſermone arguit̄ ſic. Illam opinionem canoniſta nō deberet dicere q̄ſi hereticam cui idem dicit plus eſſe ſtandū q̄ opinioni oppoſite q̄ eſt canoniſtaꝝ. ſed ſic eſt de predicta opinione. igit̄ non debebat dicere Anthoni' eam nō eſſe ꝓcul ab hereſi. Secunda ꝓbatio. Unicuiqꝫ exꝑto in ſua arte poti' credēdū eſt q̄ alteri in eadem nō experto vel non ita experto. Sed theologi ſunt exꝑti q̄ precepta veteris legꝭ diuine ſunt obligatoria ⁊ q̄ non. ⁊ ſil'r que ſint de lege diuīa ⁊ que nō. Canoniſte aūt non: vel non ita experti. igit̄ magis credendum eſt opinioni theologorum q̄ canoniſtaꝝ in illo dubio An illud p̄ceptū ſit de lege diuina obligatoriū vel nō. mō cōiter theologi tenent p̄dictā opinionē ⁊ tñ ſi eēt quaſi heretica eis nō plus foret credēduʒ q̄ canoniſtis ſed minus. Minor ꝓbat̄. qꝛ

q̄ rōne canoniſte iuſte pn̄t ꝓfiteri ſe exptio
res eſſe q̄ p̄cepta ſunt canonica ⁊ iurꝭ pon
tificij ⁊ q̄ nō, eo ꝙ illi iuri incūbere habent
eadē rōne ⁊ theologi dici poterūt expertio
res eſſe in hoc q̄ ſcȝ p̄cepta ſunt de lege di
uina vel nō. Tercio ſic. Magis eſt the
ologoruȝ diffinire q̄ opinio ſit hereticalis
q̄ȝ canoniſtaꝝ. ergo ſi illā opinionē theolo
gi nō reputabūt hereticam quā tn̄ canoni
ſte reputāt quaſi hereticā: magis ſtanduȝ
erit theologis. Añs ꝓbatꝰ. qꝛ cōtrarioꝝ eſt
eadem diſciplina. ſed fides ⁊ hereſis ſunt
ꝯtraria. ⁊ tractare ea q̄ ſunt fidei plus ſpe-
ctat ad theologos q̄ȝ canoniſtas. igiꝰ. Et
intelligiꝰ hoc antecedēs de determinatiōe
ſcolaſtica. qꝛ determinatōne autoritatiua
ſtandū eſſet determiātiōi ſummi pōtificis
vel vniuerſalis eccl'ie. vel ꝯcilij generalis.

Quarto ſic Doctrina ſancti Thome eſt
acceptata ⁊ approbata a ſede apl'ica tanq̄ȝ
cōformis fidei ⁊ veritati. igiꝰ ſi illa opinio
eſſȝ quaſi heretica: tūc cū eā ſctūs thomas
tenuerit vt patet. ij. ij. q. lxxxvij. arti. j. et in
q̄olibetꝭ q̄dlibeto. ij. arti. viij. ⁊ ſuper Sen̄.
xiiij. tunc ſedes apl'ica opinionē quaſi he-
reticā acceptaſſet ⁊ eā vt cōformē fidei ⁊ ve
ritati approbaſſet. Añs patet de Johāne
xxij. qui eius doctrinā approbauit. Item
etiā papa Urbanus in epiſtola ad archi-
epm̄ Tholoſanū de trāſlatōne corpis ſcti
thome ait in fine. Uolumus vt dicti bea-
ti thome doctrinā tanq̄ȝ veridicā ⁊ catho-
licā ſectemi. Itē etiā Innocentiꝰ papa in
ſermone de ſancto Thoma ⁊ eiꝰ doctrina
ait. Nunq̄ȝ qui eū tenuit inueniꝰ a tramite
veritatꝭ deuiaſſe. ⁊ q̄ eū impugnauit ſp ſu-
ſt de veritate ſuſpectus. Hanc tn̄ q̄rtam
ꝓbatōeȝ nō reputo magne efficacie abſo-
lute loq̄ndo. qꝛ doctrina ſcti thome nō eſt
approbata approbatōe p̄mo mō q̄ doctrīa
aliq̄ approbatꝰ tanq̄ȝ certitudīalr̄ vera ⁊ ne
ceſſario credēda. q̄ mō libri canonici ſunt
approbati. Nec ſecūdo mō q̄ doctrina ap
probatꝰ tanq̄ȝ vtilis ad moraleȝ religioſāq̄ȝ
doctrinā ſine mixtiōe falſitatis noxie: non
tn̄ ſic vt credatꝰ obligatoria ſȝ dr̄ fore de pi
etate fidei vt q̄dā libri biblie nō canonici.
Sed tercio modo q̄ aliq̄ doctrina appro-
batꝰ tanq̄ȝ vtilis ad mores ⁊ fideȝ: nō tamē
tanq̄ȝ neceſſario credēda. neq̄ȝ tanq̄ȝ carēs
poſitiōe a q̄ recedi poſſit: q̄ mō etiaȝ beatꝰ
Auguſtinus ſuos libros voluit acceptari
vel legi, ꝓut in multis capl'is patet diſt. ix.
in decretꝭ. Doctrina em̄ ſcti thome in non
nullis poſitōibꝫ pōt negari ꝓut alias vide
ri habet. Adduxi tn̄ illā ꝓbatōem: nā ad-
uerſarij p̄dicti innituntꝰ dictis Auguſtini
Hieronimi. ⁊ alioꝝ antiq̄ꝝ theologoꝝ di-
centiū decimas eſſe de iure diuīo: q̄ꝝ tn̄ di
cta etiā nō ſūt approbata ab eccl'ia niſi ter-
cio mō quo et doctrina ſcti thome dicētis
eas nō eſſe hodie de iure diuino q̄ ad q̄ttā
eſt approbata. licet eiꝰ doctrina minoris ſit
autoritatis. meliꝰ tn̄ ille doctor p̄ſumitꝰ in-
tellexiſſe ſuos doctores. ſ. Auguſtinū Hie
ronimū q̄ȝ canoniſte eos intellexerint: p̄ſer
tim ī materia illa q̄ queritꝰ q̄d ſit de iure di
uino. nec thomas eis cōtradixit vt oſtēdā
reſpōdēdo argumētꝭ canoniſtaꝝ. Et cum
opiniōe Thome ꝯcordat Rich. de media
villa in. iiij. diſ. xvij. arti. ij. q. vij. ⁊ aliq̄ mō
diſt. xlj. arti. ij. q. ij. Quinto ſic. Si eſſet
q̄ſi heretica dicēda: maxīe qꝛ dicēdo illō ñ
eſſe de iure diuīo ꝯtradicere videretꝰ textui
ve. teſt. ⁊ decretalibꝫ ſūmoꝝ pōtificū: decre
tis ꝯciliōꝝ ⁊ dictꝭ ſanctorū doctoꝝ. ex q̄bꝫ
oībꝫ habetꝰ ꝙ eſt de iure diuīo. mō p̄dicta
opinio theologoꝝ nō dicit illō nō ēē de iu
re diuīo. ſed dicit ꝙ nō ſit de iure diuīo ho
die obligatorio. ita vt ꝟtute illiꝰ iurꝭ ad ip
ſum obligemur. Et hoc idem voluerūt de
cretales. decreta. ⁊ ſancti doctores vt pate
bit in argumentꝭ.

## Sexta cōcluſio

Dare q̄t tam deci
me hodie eſt de p̄cepto legis hūane poſiti
ue ⁊ eccleſiaſtice. Probatꝰ duplr̄. Prio mō
ſic. qꝛ eſt de p̄cepto aliq̄ ergo alicꝰ legꝭ obli
gātꝭ. ⁊ nō diuīe obligātꝭ hodie vt ꝓbatū ē.
nec naturalis. qꝛ tūc eſſet de p̄cepto mora-
li legis diuīe. cuiꝰ oppoſitū etiā oſtēſum eſt.
igiꝰ eſt de p̄cepto legꝭ hūane poſitiue ⁊ nō
ciuilꝰ. igiꝰ eccl'iaſtice. tenet ꝯña. qꝛ nō eſt da
re aliā legē obligantē q̄ȝ p̄dictas niſi ꝯſue-
tudinariā. ſed hec ipſa hȝ reduci ī poſitiuā
hūanam. qꝛ (vt ſaltē aliq̄ diceret) ab illa ha
bet vī obligatiuā, ꝓ q̄nto illa mādat ꝯſue-
tudinē ſeruādā. ſicut ecōtra poſitiua lex ro
boratꝰ ꝯſuetudine ⁊ abrogatꝰ deſuetudine.
Utꝝ aūt vī abrogatiuā legꝭ poſitīe hēat a
lege poſitiua, ꝓut ijdē diceret: tāgā ī. ij. pte
huius in q̄rto correlario. in ſolutione q̄n-

ti argumenti. Añcedēs aũt patet. qꝛ omiſ
ſio datõis quotte decimaꝝ eſt hodie pctm̃
igiť datio eſt de p̄cepto aliq̃. Cõſeq̄ntia eſt
nota. Añs patꝫ ꝑ Aug. dicentē Exo. xxiij.
ꝛ habeť. xvj. q. j. c. Decime. Si tardi⁹ dare
pctm̃ eſt: quãto magꝭ pctm̃ eſt nõ dediſſe.
Scđo Aug⁹ dicit. Fidelis hõ de oĩbꝫ il
lis q̃ licite põt acq̇rere decimas erogare te
neť. Tercio. quia. xvj. q. j. c. decime. dicit
Aug⁹. Decime ex debito req̇runť: ꝛ q̇ eas
dare noluerint: res alienas inuadunt. mõ
res alienas inuadere eſt pctm̃. Secũdo
ꝑ̇ncipaliter patet ꝯcluſio. qꝛ papa mãdat
ꝙ cõpellanť etiã ſub pena excõicatõis ſub
diti ad ſoluendũ decimas cũ integritate q̇
ad verã rõnem noĩs decime. ꝛ ꝑ ꝯñs q̇ ad
q̇ttã. vt patet in c. cõmiſſuꝫ. in c. ꝑuenit. in
c. preter hoc. ꝛ. xij. q. j. c. duo. ꝛ. xiij. q. ij. c. q̇
oblatões. ꝛ. xvj. q. j. c. de decimis. Attñ in
q̄tuor vltimis caplis iã allegatꝭ non ita ex
p̄ſſe habeť de q̇tta decĩe ſeu integritate de
cimaꝝ ſicut in p̄cedentibꝫ allegatiõibꝫ. In
c. p̄o Decime. xvj. q. j. clari⁹ habeť de q̇tta
tanq̃ꝫ debita. Dicit em̃ ibi ꝙ decime ex de
bito req̇runť. ꝛ ſubdit ꝙ decimã debet hõ
dare ꝛ de nouem partibꝫ elemoſinã facere
paupibꝫ. Et ſi dicas Ex q̇ quotta eſt de p̄
cepto eccleſie: cur ergo ĩ c. Parrochianos
extra de decimis. diciť. ꝙ decime q̄ſi debi
tũ exigi pñt. Dicẽdũ ꝙ quaſi hic eſt exp̄ſſi
uum v̄itatis. ſicut Joh. j. Vidim⁹ gloriaꝫ
eius q̄ſi vnigeniti a p̄re. Jure em̃ debenť
capiẽdo debitũ large vt opponiť correlati
ue ad q̇dcunq̃ꝫ creditũ ſeu ad q̇dcũq̃ꝫ de q̇
ꝯuenit alicui actio. q̃ꝫuis capiẽdo debituꝫ
ꝓprie ſcꝫ vt ſurgit ſolũ ex ꝯtractu: nõ ſũt ve
re debite ſed tm̃ ſiles debitis. imo aliq̇ vo
lũt ꝙ ſint de dominio eccl'ie ꝛ in bonis ei⁹
ꝓut tãgit Panor. in c. cõmiſſum. de decĩs
ꝛ in c. tua. ij. eo. titlo. ꝛ glo. ibidē vult ꝙ ec
cleſia ex ꝑ̇uilegio habet ꝙ decĩa fiat de do
minio ei⁹: etiã nõ dũ facta tra ditõe ei⁹ ꝓut
illõ p̄riuilegiũ obtinet in milite ꝛ in mino
ri. Nec obſtat qđ diciť. ff. de pollici. l. ij. in
fi. vbi dꝛ ꝙ niſi decĩa ſit ſegregata ab aliȷ̃s
nõ deſunt eſſe in bonis prioris dñi. Nam
aliud eſt cũ decĩa debeť ex voto vt ibi. ꝛ cũ
debeť de iure vt hic. Et ſi q̇s dicat Non
refert de cuius legis vel iuris precepto ſit
dare decimã quo ad quottã. quia eque in
curriť mortale pctm̃ nõ ſeruando p̄ceptuꝫ
legis poſitiue eccl'iaſtice ſicut legis diuine:
ideo nõ fuiſſet opus multũ ſuꝑ illa ꝓpleu
matica materia diſputare. Dicẽdũ ꝙ imo
mltũ refert. qꝛ licet nõ referat q̇ ad hoc q̇n
ſiue ſit de illi⁹ ſiue alterius legis p̄cepto in
curriť mortale pctm̃ nõ obſeruãdo, tamē
multũ refert q̇ ad alia. ſ. qꝛ ſi eſſet p̄ceptum
legis diuine hodie obligãtis: tũc nulla cõ
ſuetudo excuſare poſſet nõ ſoluẽtes deci
mã: etiã ſi ſolũ obmitterent ſolutionē q̇tte.
et ex ꝯſequẽti maxĩa pars eccl'ie eſſet in ſta
tu dãnationis ex hac ſola cauſa. Si auteꝫ
ſit de p̄cepto legis poſitiue hũane ꝛ eccle
ſiaſtice: poſſunt tales excuſari ſi nõ ſoluũt
quottã. imo etiã aliq̄n ſi nihil ſoluũt. vt la
tius tangeť infra. Unde multoꝝ et innu
merabiliũ hoĩm cõſciẽtȷ̃s poteſt ſuccurri
tenendo ꝙ ſit de p̄cepto poſitiuo eccl'ie: q̇
bus alias nõ poſſet ſic ſuccurri.

## Septima concluſio

Dare quottã decime nõ fuit de p̄cepto ce
remoniali veteris legꝭ. Probať tripliciter
Primo Obſeruatio vel vſus ceremoniali
um p̄ceptoꝝ veteris legis eſt hodie morta
le pctm̃ vt patet ꝑ aplm ad Gal. ꝑ totum.
Dare aũt q̇ttã decĩe nõ eſt mortale pctm̃.
imo omittere datõeꝫ eiuſdē in caſu vbi eſt
ꝯſuetudo: eſt mortale pctm̃. igiť. Scđo.
Uſus ceremonialiũ ve. legꝭ ē inutil' hodie
ſed datio q̇tte decĩaꝝ nõ eſt inutilis hodie
qꝛ Aug⁹ dicit ꝙ ꝓmouet ſanitatē corꝑis ꝛ
abũdantiã fructuũ. An aũt p̄ceptũ dandi
q̇ttã fuerit ſil'e p̄ceptꝭ ceremonialibꝫ ꝛ quõ
patebit in argumẽto. xv. An aũt ꝑ̇ma rõ
poſſit pati inſtãtiã ſcꝫ dicẽdo ꝙ nõ oportꝫ
vl'iter hoc eſſe veꝝ. ſcꝫ ꝙ vſus oĩm ceremo
nialium ſit hodie mortifer⁹: dũmõ fiat nõ
ponẽdo in eis ſpem ſalutꝭ q̄ſi ad ea tenea
mur: ꝑnũc trãſeo. forte em̃ argueref ꝙ ſic̄
thurificatõ ꝛ thimiamatꝭ vſus ꝛ hmõi exē
plo ve. legis ſunt aſſũpta in noua lege. licꝫ
nõ tanq̃ꝫ illa ad q̄ obligemur ex ea. ſic q̄dã
leges ĩmũdiciarũ poſſent hodie aſſumi vt
ꝙ ml'ier poſt partũ nõ ingredereť ſanctu
ariũ dñi aut eccl'iam: ꝛ ſil'r mẽſtruata. aut
hõ ſemĩe pollut⁹: ꝓut etiã in ꝑ̇mitiua eccle
ſiã Actuũ. xv. aſſũpta fuit lex ĩmundiciaꝝ
ſuꝑ ſuffocato ꝛ ſanguĩe: ꝓut etiã de ꝯſuetu
dine ml'ieres p⁹ ꝑtũ abſtinẽt ab eccl'ia. licꝫ
ex lege etiã canonica poſitiua nõ tenecãtur

vt etiã de purificatione poſt partuꝫ capl'o vnico. ⁊ ita de multis alijs argui poſſet. q̄ tñ leges oẽs ſunt de numero ceremoniali um: eoꝙ diſponebãt ſup mundicia habẽ da ad cultũ dei. Et ita videref etiã nõ ob ſtare ſolutioni quotte decimarũ ꝙ hodie ẽ licita quo minus eſſet ceremonialis. ergo p̄dicta ratio nõ valet. Sed de hoc remit to ad tractatũ de ſacrificijs. Tercia ratõ ad queſtionẽ eſt. quia ex ratõne iudicialis p̄cepti patebit in ſequenti ꝯcluſione in ſe cunda ratione ꝙ eſt iudiciale. igif nõ eſt ce remoniale ⁊c̄.

## Octaua concluſio

Uno modo q2 olim fuit a deo latū vt obligatoriū ꝛ etiā hodie virtute diuīe inſtitutionis obligat. ꝛ ſic ꝑcepta legis euāgelice dicunt̄ diuīa ꝛ moralia ꝑcepta veteris legis ſaltē in ordine ad illos q̄bꝫ eſt data vetus lex ꝛ ad q̄s quo ad moralia eſt extenſa Secundo q̄a a deo fuit olim latū et obligatoriū. ſed nūc nō obligat ꝟtute illius legis ſed tm̄ ꝟtute legis poſitiue hūane que eā aſſumpſit ꝯformādo ſe diuīe inſtitutōi. et hoc modo iudicialia veteris legis a ꝓncipe vel alio ſupiori renouata: dicunt̄ diuina ſm ea q̄ dicta ſunt in ꝓma ſuppoſitōe īmediate ꝑcedente. Tercia ſuppoſitio et ſequit̄ ex ſecūda. Aliq̄d hodie eſſe debitū de iure diuīo pōt intelligi duplr̄. ſcꝫ aut ꝓmo aut ſecūdo mō capiēdo ꝑceptū iur̄ diuini. nō eīm tercio modo capiēdo ꝑceptū iuris diuini pōt dici aliq̄d eſſe debitū de iure diuino. q2 de iure nullo mō obligāte ſicut eſt illud in tercio modo: nihil eſt debitum. Unde illa q̄ ſunt debita ex iure diuino ſecūdo mō: nō ſunt debita de iure diuino vt obligante ſed tm̄ vt alludente vel ꝯſonante. ſed ſunt debita tm̄ de iure hūano vt obligāte et de diuīo tm̄ vt alludente et ꝯferente apparentiā rōnabilitat̄ ipſi humane inſtitutōi vel ratiocinatōi illi⁹. Hoc mō ſepe ſunt ꝯſtitute in canonibꝫ aliq̄ conſtitutōes humane. ꝛ hoc occaſione iur̄ diuini veter̄. ita ꝙ papa vel eccl'ia fundauit ſuam ꝯſtitutōem in iure diuīo: tacite ꝓbādo eā rōnabilē ex hoc ꝙ ſil'e vel idē fuit ſtatutū in veteri lege. ꝛ ſic etiā tacite voluit eā eſſe aliq̄ mō diuini iuris Et de hoc poſſūt poni ſex exēpla. Primū In c. ſicut. de cōſecra. diſt. j. ſtatuit Felix papa ꝙ null⁹ debeat miſſam celebrare niſi in locis conſecratis ab ep̄is. Et volēdo ꝓbare ꝙ hoc ſit merito ſeruandū allegat ꝑceptū veter̄ legis: dicens. vnde ſcriptum eſt. Uide ne offeras holocauſta tua in om̄i loco quē videris. ſed in oī loco quē elegerit dn̄s deus tuus. Et tn̄ illud ꝑceptū veteris legis amplius nō obligat. imo ꝓ q̄nto eſt affirmatiuū ei⁹ obſeruātia eſſet mortifera. q2 eſt vt ſic ceremoniale. ſed q2 alludebat ſuo ſtatuto ꝛ oſtendebat ſimile poſſe ſtatui in ſacrificio noue legis: ideo ip̄m allegabat. Secundū eſt In c. ſolennitates. eadē diſt. vbi Gregori⁹ papa voluit ꝙ ſolēniter celebraret̄ feſtū dedicatōis eccl'ie oī anno. Ad qḋ obſeruandū allegat: q2 chriſtus hoc obſeruauit. Itē voluit ꝙ celebraret̄ octo diebꝫ. Ad qḋ allegat factū fideliū veteris legis. Et tn̄ tam factū chriſti q̄ꝫ alioꝝ celebrātiū dedicatōeꝫ tēpli fuit obſeruātia ꝑcepti veteris legis vel poti⁹ traditōis hūane ipſorū patrū ampli⁹ nos nō obligāt̄ ex veteri lege nec ex veteꝝ patruꝫ autoritate. alioq̄n oporteret nos noſtras dedicatōes eo ritu ꝓagere ſicut ipſi ꝓegerūt: qḋ eſſet iudaiſare. ſed ideo allegat̄ q̄a nobis exēplū fuit vt ſil'ia poſſent ꝓ nobis ſtatui ꝓ tēplis noue leḡ. Tertiū. In c. Oīs chriſtianus. diſponit̄ ꝙ oīs xp̄ian⁹ debet in miſſa deo aliq̄d offerre. Pro cui⁹ obſeruātia allegat̄ ꝑceptū veteris legis. Nō apparebis in conſpectu meo vacu⁹. qḋ tn̄ (ſi de tpali munere intelligat̄ ſicut ibidē videt̄ allegari ad illud ꝓpoſitū) nō ampli⁹ ꝟtute diuīe leḡ obligat. ſed allegat̄ ex cā dicta. Quartū. In c. Hoc ip̄m. xxxiij. q. ij. dicit Iſidor⁹ ꝙ patres nō ſuo arbitrio ſed ex ſentētia diuini iudicij ſanxerunt illū canonē. ſ. ꝙ pctōr debeat penitere ſeptē annis. ꝛ illis expletꝫ remeare in ꝓſtinū ſtatū. ꝛ ſic vult ꝙ ille canō ſit q̄dā diuīa ꝯſtitutio poti⁹ q̄ꝫ hūana. ꝛ tn̄ hoc non eſt niſi ꝓ q̄nto patres occaſionati fuerūt ad hoc ſtatuendū ꝯformiter ad exēplū marie ſororis moiſi q̄ ſeptē diebꝫ leprā ꝓ pctō ſuo patiebat̄ ex iuſſu dei. et exēplo Dauid q̄ ieiuniū vni⁹ hebdomade in ſatiſfactionē admiſſi ſceler̄ deo legit̄ obtuliſſe. Nec q̄ſpiā ſane mētis diceret illā ꝯſtitutōnē penitēdi ſeptē annis eſſe de iure diuino ꝓprie loq̄ndo. cū raro vl' nunq̄ꝫ hodie eccleſia talē pn̄iaꝫ alicui iniūgat nec neceſſariā iudicet. ſed poti⁹ illa ꝯſtitutio abrogata videt̄ q2 pn̄ie hodie ſunt arbitrarie. Quintū. q2 eccl'ia oliꝫ ſtatuerat ꝙ ſaltē ter ī anno deberet q̄libet fidel' cōicare. vt in c. ꝛ ſi nō. de ꝯſe. diſt. ij. Et veriſil'e ē ꝙ hoc fecerit occaſionata ꝑ ſil'e ꝑceptū ve. leḡ q̄ ꝑcipiebatur ꝙ ter in anno deberet oē maſculinū cōparere ī hierl'm. Sextū. q2 in eccl'ia fit memoria defūctoꝝ. xxx. diebꝫ. ꝛ hoc ē occaſionaliter ſumptū exēplo fideliū ve. teſtamenti qui triginta diebus fleuerunt ſup aarō. Nūeri. xx. Et m'lta innūera ceremonialia ſunt inſtituta ī noua lege tā in ꝯſecratōibꝫ eccleſiarū ꝛ altarium q̄ꝫ etiā in alijs rebus

Jn quibus clare apparet ꝙ occaſionez ta-
lia inſtituendi accepit eccl'ia ex ceremonia
libus veteris legis. ⁊ tñ ceremonialia ve-
teris legis non ligant imo nec illa vt talia
licite poſſemus obſeruare. Quarta ſup-
poſitio. Aliq̈d eſſe de iure diuino põt ſub
alijs v̈bis etiã dupliciter intelligi. ⁊ q̃ſi re-
dit in idẽ. Uno mõ ꝓ tanto ꝙ ius diuinũ
hodie ſua virtute ad illud hoĩes obliget.
etiã circũſcripta humana inſtitutõe. Alio
mõ q̄ licet ius diuinũ hodie ſua v̈tute nõ
obliget ad illud ſed tm̃ ius hũanuz. tñ ius
diuinũ oſtendit ⁊ ĩſinuat hũano legiſlato-
ri quid ipſe ſtatuere poſſit. oſtendendo ꝙ
etiã ipſe idẽ vl' ſĩl'e ſtatuere poſſit ſubditis
q̇ nõ minus ꝑfecti debeãt eſſe ad illud ob
ſeruandũ q̃ȝ illi q̇bus deus olim tale quid
iniũxit. Hoc ſcd̃o mõ id qđ iudicialia ve
teris legis renouata ꝑ noſtros ſupiores p̃
cipiunt dicit' de iure diuĩo debitũ. ſic in ꝓ
poſito ex q̈ eccleſia potuit virtute legis di-
uine euãgelice ⁊ naturalis iuris impone-
re ſubditis ꝙ aliq̈d darent clericis. ⁊ quia
ad tollenduz litigia que oriri poſſent inter
dantẽ ⁊ recipientẽ: puta q̄ dans nõ volu-
iſſet tantũ dare q̃ntũ recipiẽs exigeret: opꝰ
fuiſſet ꝯſequenter determĩare q̃ntitatẽ: tũc
eccleſia accepit ex veteri lege occaſionẽ de
terminãdi ſe ad decimã ꝑtem. eo ꝙ illa q̈t-
ta ibi etiã fuit ſeruata. Quinta ſuppoſitio
Cõſtitutões canonice tripl'r dicunt' diuĩe
Uno mõ ꝓ quãto habent diuinũ ius eis
alludẽs ⁊ ꝯſonãs. et hoc vel nouũ qđ idez
p̃cepit ⁊ obligat. vel vetus qđ illud oliz p̃-
cepat: licet nũc nõ obliget. Alio mõ ꝓ q̃n
to ſtatuũt aliq̈d quod in tp̃e veteris legis
fuit geſtum vel factũ: qđ tñ factũ ipſa hũa
na lex accepit ꝓ occaſione ſtatuẽdi illud ꝑ
moduz legis. licet illud tp̃e veter' legis nõ
fuit p̃ceptum aut inſtitutũ ſed ex libertate
arbitrij ꝑ aliquẽ factũ. vel ex ſingulari ⁊ fa
miliari ꝯſilio ſpũſſancti aut inſpiratõe aut
ſingulari ⁊ ꝑſonali p̃cepto tm̃ ei impoſitũ.
Tercio etiã ſi neutrũ illorũ eis ſubfuerit
ſed eo ipſo ꝙ ab eccleſia q̃ ꝯſilio ſancti ſpi-
ritus regit' vl' a vicario dei ſunt ꝯſtitute di
cunt' diuine. Unde merito ille q̃ p̃mo mõ
ſunt dicunt' diuine. nam tales ſunt quaſi
quedam correlaria vel excerpta a diuĩa le
ge. ꝓut loquit' papa in c. qualiter. de accu-
ſationibus: dicens. Ex autoritatibꝫ vete-
ris ⁊ noui teſtamenti ꝓceſſerunt canonice
ſanctiones. Jmo aliq̈ modo quelibet ca-
nonica ꝯſtitutio equa ⁊ rõnabilis lata ab
habẽte poteſtatẽ poteſt aliquo mõ dici di
uina ꝓ quanto a poteſtate diuinitꝰ homĩ
cõceſſa ꝓcedit. q̄ om̃is poteſtas a deo eſt
Et ꝓ quãto dicit Auguſt. in de vera religi
one. Jn illis tp̃alibꝫ legibus nihil iuſtũ eſt
atq̃ȝ legitimũ qđ nõ ab eterna ſibi deriua
uerint hoĩes. Secũdus modus patz exẽ
plis. Primũ exemplũ eſt: vt ſi ꝯſtitutio p̃ci
piens clericis dicere ſeptẽ horas canoni-
cas diceret' diuina: nõ eſſet hoc intelligen-
dum p̃mo mõ ſed ſecũdo mõ ꝓ quãto eſſz
ꝯſtituta occaſiõe eius qđ Dauid fecit ⁊ de
ſe in ſacris literis ſcripſit: dicẽs. Septies
in die laudem dixi tibi. nec tñ illud fuit p̃-
ceptũ a deo clericis ve. teſtam̃ti. ſed dauid
illud fecit ex libertate arbitrij aut familiari
ꝯſilio ſpũſſancti Aut ſi ex p̃cepto aliquo il
las dixit non erat niſi ꝑſonale ⁊ ſingulare.
Jdem poſſet dici de ꝯſtitutõne q̃ precipet
eis ſurgere media nocte ad laudes diui-
nas ⁊ hoc occaſiõe eiuſdẽ pſalmiſte dicen
tis. Media nocte ſurgebam ad confitẽdũ
tibi ſuꝑ iudicia iuſticie. Secundũ exẽplũ
Conſtitutio p̃cipiens ieiuniũ q̃drageſima
le eſt mere poſitiua ⁊ tamẽ dicitur diuina.
qđ patet q̇ntupl'r. Primo. Nam leo papa
in ſermone q̃rto de q̃drageſima ait. Ma-
gna diuine inſtitutõis ſalubritate ꝓuiſum
eſt vt ad reparãdam mentiũ puritatẽ qua
draginta nobis dierum exercitatio mode
raret ⁊ ieiunia caſta decoqueret. Hec ille.
Secundo q̄ circiter in decẽ locis beatus
Ambroſiꝰ ĩ ſermonibꝫ de q̃drageſima vo
cat p̃ceptũ ieiunij q̃drageſimal' p̃ceptũ di
uinũ. Nã in ſermone de q̃drageſima q̇ in
cipit Ante dies: dicit ſic. Añ dies aliq̈t de
dicatõez ſancte q̃drageſime p̃dicantes ſa-
craꝝ literaꝝ exempla ꝓtulimus q̇bꝫ appro
baremus hũc quadragenariũ numeꝝ nõ
eſſe ab hominibꝫ ꝯſtitutuz ſed diuinitꝰ cõ
ſecratũ. nec terrena cogitatõe initiũ. ſed ce
leſti maieſtate p̃ceptum. Et infra. Hec aũt
nõ tam ſacerdotũ p̃cepta q̃ȝ dei ſunt. Hec
ille. Jn quibus verbis dicit in ſententia
ꝙ cõſtitutio quadrageſime nõ ſit humana
ſed diuina. ⁊ tñ etiã innuit nõ eã eſſe diui-
nam niſi ꝓ quanto deus ꝑ ſe ⁊ ſuos exem-
plũ nobis dederit illud ieiuniũ quadrage

ſimale aſſumēdi.ꝛ ꝙ p̄lati noſtri taliƀ exē
plis ꝓuocati potuerunt illud inſtituere: in
hoc qđ dicit.ſacraꝝ literaꝝ exempla ꝓtuli
mus.ꝛ ꝙ dicit eum numerū dieꝝ non eſſe
ab homiƀ ꝯſtitutum intelligendū eſt ſine
exemplo dei.ſ.chriſti ꝛ ꝓphetarū qui diuīa
ordinatōe ſimile ieiuniū ſeruauerūt. Pre
terea idem in ſermone de q̄drageſima:qui
incipit Intellexiſſe vos credo:dicit. Non
leue peccatū fidelibus indictam q̄drageſi
mā a dn̄o non ieiunare. Et ibidem poſtea
dicit. Si ignorās ionathas indictū a pa-
tre ieiuniuꝫ quia reſoluerit:morti addicit.
qui ſciens a xp̄o indictū reſoluit ieiunium
quid meret? Idem in ſermone de q̄dra-
geſima qui incipit Teſtimoniū ꝑhibet:lo
quens de xp̄o tanq̄ȝ medico dicit. Iſtud p̄
ceptum eius eſt primuꝫ vt his q̄draginta
dieƀ ieiunijs oratōniƀ vigilijs opera cō
modemus. Idem in ſermone de q̄drage
ſima q̄ incipit Nonnulli ꝛc̄.dicit. Quiſq̄s
chriſtian⁹ ꝯſecratā ieiunādo nō impleue-
rit q̄drageſimā:preuaricatōnis et cōtuma
cie reus tenebit ꝙ legem diuinitus pro ſa
lute ſua datam prādendo ipe reſcindit. Et
ibideꝫ poſtea dicit. Interrogo vos qui in
q̄drageſima prādetis ſi nō in ꝯſciētijs ve-
ſtris rei eſtis ꝙ abſtinēte toto populo vos
ſoli ꝯtra p̄ceptū dn̄i deuoratis. Et poſtea.
Ita ergo et modo vobis dn̄s illius tp̄is q̄
drageſimā dedit ꝛc̄. Et poſtea. Quiſquis
ergo in hac deuotōe quadrageſime dn̄ica
mandata ſeruauerit:necabit in eo diabo-
lica impietas. Idem in alio ſermone de
q̄drageſima q̄ incipit Si bene retinet ꝛc̄.
loquens de ieiunijs q̄drageſime dicit. Vi
deam⁹ q̄ cauſa ſteterit vt ieiunia ſaluator
indiceret ꝛ ipe ſibi primū vt bonus huma
ni generꝭ medicus ieiunaret. Idem in ſer
mone alio de q̄drageſima:q̄ incipit. Pro-
pitio.dicit. Ecce iā pene trāſegim⁹ q̄drage
ſime indicta ieiunia ꝛ p̄cepta xp̄i dn̄i abſti
nentie deuotōe cōpleuimus. Hec oīa ille.
In q̄ƀ oīƀ patet ꝙ p̄ceptū ieiunij q̄dra-
geſimal' vocat p̄ceptū diuinū ꝛ xp̄i ꝛ a deo
datū ꝛ indictū. Tercio idē patet in him
no Clarū decus ꝛc̄.vbi dr̄.ꝙ q̄drageſima
le ieiuniū celitus eſt oſtenſum ꝛ ꝯſecratuꝫ
non ſic intelligēdo ꝙ deus ipm nobis p̄ci
piēdo inſtituerit.ſed qꝛ deus ipſe.ſ.xp̄s no
bis exēplū dedit ſeruādi ſile ieiuniuꝫ. Vn̄

ibidem ſubdit. Hec nos ſequi dona deus
exēpla ꝑſimonie.non ait p̄cepta.q̄ſi p̄dicti
de quiƀ ibidē dicit ex generali p̄cepto dei
talia fecerint. Quarto idē patet in himno
Ieſu q̄dragenarie. vbi dr̄ ꝙ dn̄s deus di
cauerit ꝛ ſanxerit ieiunium q̄drageſimale.
Quinto idem patet in caplo Quadrage
ſima de ꝯſe.diſt.v.vbi Gregori⁹ volēs oſtē
dere ꝙ debeam⁹ merito ieiunare q̄dragin
ta dies arguit ſic. Illos dies ieiunare ē de
cimas bonoꝝ noſtrorū deo oīpotēti dare.
mō diuinū p̄ceptū eſt decimas oīm bono
noꝝ noſtroꝝ dare oīpotēti.igit debem⁹ il-
los dies ieiunare. Hoc argumentū tacite
vult dicere ꝙ ex diuino p̄cepto debem⁹ ie-
iunare q̄draginta dies ꝛ tn̄ ꝯſtat ꝙ eſt hu
manū poſitiuū ſtatutuꝫ. Sed aduerſarij
haberent ꝯcedere etiā illud eſſe ſimplr̄ di-
uinū p̄ceptum ſcꝫ ieiunare illā quottā die
rum.qꝛ dicūt p̄ceptum dandi decimas q̄
ad quottā eſſe diuinuꝫ hodie obligās.mō
ſm̄ Gregoriū ieiunare quadraginta dieƀ
ē dare decias etiā q̄ ad q̄ttā. Sed forte q̄a
facilius eſt recipe decimas frugū q̄ȝ ſolue-
re caſtigatōes corpoꝝ.ideo ad argumētuꝫ
dicerent ꝙ p̄ceptū dandi decimas eſt p̄ce
ptū diuinū hodie obligās ꝓut intelligitur
de decimis materialiƀ:nō de miſticis: cu
iuſmodi eſt ieiuniū q̄draginta dieꝝ. Sed
ex hoc ſequit ꝙ argumētū gregorij nō cō-
cludit niſi ꝙ p̄ceptum de ieiunio q̄drageſi
mali eſt obſeruandū tanq̄ȝ diuinū ad illuꝫ
ſenſum.ꝙ illud ē obſeruādū tanq̄ȝ figura-
tū vl' miſtice deſignatū ꝑ diuinū p̄ceptum
ve.legꝭ.ꝛ ꝙ illō potuit ſtatui ſūpta occaſio
ne ex q̄dam ſili p̄cepto diuio veterꝭ legis.
Cur ḡ nō ſili mō intelligūt illos paſſus in
q̄ƀ p̄ceptū de materialiƀ decīs ī noua le
ge ſoluēdis dr̄ eſſe diuinū.vt eſſet ſenſus.i.
ſtatutū ab eccl'ia occaſionatuꝫ ex precepto
veterꝭ legis obligās nō ex p̄cepto illo ſed
ex hūana autoritate:licꝫ generali precepto
dei etiā hūana p̄cepta mādent obſeruari.
ꝛ ſic in oīƀ illis etiā currit diuīa autoritas
aliq̄ mō. Alia plura exempla pn̄t poni q̄ꝝ
aliq̄ ſunt tacta inter exēpla poſita in tercia
ſuppoſitōe p̄cedēte. Attn̄ inter duo mēbra
p̄ıı̄ modi ē differētia.qꝛ ī p̄mo mēbro cō-
ſtitutio canonica ē nō pure canonica imo
ſimplr̄ diuīa ſeu ſine addito dicēda.licꝫ ſit
etiā hūana ꝯſtitutōe p̄cepta.vt ſi canōicū

ius ꝑcipiat colere deum, honorare paren
tes, ſuſcipe baptiſmū. Sed in ſecūdo mē-
bro poteſt talis ɔſtitutio dici pure canoni
ca, pure in quā puritate obligatōis alteriꝰ
iuris, ſic ꝙ ius diuinū vetus qđ olim ipm
ꝑcepit amplius nō ligat, ſed ſolum ius ca
nonicū. Qꝫ aūt tercio modo aliqñ canoni
ca ɔſtitutio dicat̄ diuina, patet dupliciter
Primo ꝑ gloſam in ca. ꝗcunqꝫ, xxiij. q. vij.
vbi ſup ꝟbo diuino iure exponēdo dicit. i.
canonico. igit̄ innuit ꝙ canonicū ius dici
tur diuinū: Quis non videat̄ neceſſariū ꝙ
in eodē caplo ſic exponat̄. qꝛ textꝰ ibidem
etiā pōt intelligi de iure ſimplr diuio qñ
vult iure diuio oīa eſſe iuſtoꝝ. Hoc em̄
eſt verum loquēdo de dominio non ciuili
ſed caritatiuo ſeu gratifico quo homo ha-
bens caritatē dei eſt dñs omniū, quia eſt
amicus dei, et amicoꝝ ſunt omnia cōmu-
nia. De quo Paulus. ij. Coꝝ. vj. tanq̄ ni-
hil habentes ⁊ oīa poſſidētes. Et ad Ro-
manos. viij. ꝗ ꝓꝓrio filio ſuo non pepercit
ſed ꝓ nobis omnibꝰ tradidit illū, quō non
etiā oīa nobis cū illo donauit. Et. j. Coꝝ.
iij. Omnia veſtra ſunt: vos aūt chriſti. Jō
nō fuiſſet opus gloſatori recurrere ad illā
expoſitionē. Attamē valet nobis gloſa illa
ɔtra canoniſtas vt videāt nō eſſe abſonū
etiam apud ſuos doctores: canonicū ius
dici diuinū. Secūdo patet idem ꝑ gloſā
in ca. Peruenit, extra de cēſi. q in verbo di
uinis legibus: exponit. i. canonicis. Illis
ꝑmiſſis reſponderi poteſt de facili ad oēs
vigintiduas ꝓbatiōes adductas in trede
cimo argumēto Primo negādo añs. ⁊ ad
ꝓbationē negat̄ aſſumptū: ſi intelligat̄ de
iure diuino hodie ſua vi obligante nos.
Ad primā aūt ꝓbationem illius aſſumpti
Dicendū ꝙ illa ɔſeq̄ntia eſt Gratiani. idō
nō eſt neceſſe ɔcedere illā ɔſequentiā eſſe
bonā. qꝛ autoritas Gratiani nō eſt maio-
ris autoritatis q̄ magiſtri ſententiaꝝ, cuiꝰ
dicta nō in oībus tenent̄. Nā etiā gratia-
nus in nōnullis defecit, vt de facili poſſet
induci in pluribus locis, vbi etiā gloſator
eius aliqñ ei ɔtradicit. Secundo pōt di
ci ſaluādo eius ɔſequētiā ꝙ valeat ex ſup
poſitione tacita. ſ. ſupponēdo ꝙ illud ꝑce-
ptum veteris legis de decimis dādis leui
tis ſit receptum ⁊ inſtitutū ꝑ eccleſiam de
eiſdem dādis clericis ſuis, ⁊ tūc eodē mo-
do quo eſt receptum etiā nos obligat. idō
ex quo in veteri lege populi dabāt decīas
leuitis illis qui ꝓ eis ſeruiebant in taber-
naculo in ꝑcibus ⁊ ſacrificijs, et hoc etiā
receptum eſt tacite ꝓ quāto illud ꝑceptū
de decimis dādis leuitis quo ad ſubſtan
tiā eius eſt receptū ꝓ clericis. Ideo bñ in
fert Gratianus in ꝑſona ſua ⁊ ſuoꝝ dicēs.
Igit̄ nobis ꝗ ſeruimus dño i tabernacu-
lo ⁊c. Unde concedo ꝙ illa conſequentia
tenet, ſed nō niſi ſupponēdo ꝙ ꝑceptū ve-
teris legis ſe extēdit ad homies noue leg.
ſed illa extenſio nō eſt facta per diuinā le-
giſlationē ſed per humanā aſſumptionem
Eodem mō dicendū eſt ad ſecundā con
ſequētiā eiuſdem gratiani. Ad terciā di-
cendum ꝙ valet. ſed non ꝓ tāto ꝙ lex vetꝰ
quo ad ꝑceptū de decimis obligat nos, ſꝫ
quia ipſa fuit occaſio et exēplar ſimilia ſta
tuēdi in noua lege. Quapropter ex ꝗ in ve
teri lege nō diſponebat̄ ꝙ leuite darent le
uitis decimas, ideo nūc nō habebat eccle
ſia occaſionē ⁊ exemplū ſtatuēdi ꝙ clerici
clericis darent decimas, nec habebant cle
rici noſtri frontem exigendi eas a clericis
quia nō habebāt exēplar in veteri lege vñ
ſumerēt: ſicut tamē ab eadem habēt exem-
plar iuris ꝑcipiēdi eas a laicis. Huius ſi-
mile poteſt dari Si tuwingenſes recipent
ſtatuta municipalia vlmenſiū, et ꝗ ad cer-
tas circūſtantias dubitaret̄ quō eſſent ſer
uāda: fieret recurſus ad modū quo vlmē-
ſes illa ſeruarent, nō quia vlmenſia ſtatu-
ta eos obligarent, ſed ex cauſa dicta. Ad
quartā dicendū ꝙ ɔſeq̄ntia eius valet nō
ꝓ tanto quia vetus lex obliget vel ꝓhibe-
at illud ꝓhibitiōe hodie obligante. ſed ꝗa
eius diſpoſitio quo ad decīas nō dat exē-
plum ipſi eccleſie talia ſtatuēdi vel ꝑmittē
di ꝙ alijs eccleſijs q̄ baptiſmali dentur: ſi
cut tamē ei dat exemplū ſtatuēdi vel ordi-
nandi ꝙ deberent dari decime eccl'ie ba-
ptiſmali. Ad quintā dicendum dupplici-
ter Primo ꝙ illā ɔſequentiā facit Gratia-
nus, ideo poteſt dici ſicut ad ꝑmā ꝓbatio
nem dictum eſt. Secūdo ꝙ ex ſuppoſitiōe
tacita valet ſcꝫ ſupponēdo ꝙ eccl'ia illō idē
ɔſtituit ꝑceptiue ꝓ cuius in veteri teſtamē
to ꝑ deū inſtituti nō obſeruātia dicebat ſe
dñs cōfigi et homies incurrere penuriam
Et quia illud idem eccleſia inſtituit ⁊ con

foꝛmiter ad illud idē ꝛ ex eadē cauſa inſti-
tuit, ideo nimiꝝ ꝙ etiā ꝓ illo nō ſeruato in
currit moꝛtale pctm̄ ꝛ penuriā, ꝛ affligitur
deus, ſ, in ſuis miſtris qn̄ nō habēt ꝯgruā
ſuſtentionē ꝓ ſe et paupibꝫ ſibi cōmiſſis, ꝛ
maxie qn̄ ꝓ ſuis pſonis non habent eam,
Ad ſextā, ꝙ Hieronim⁹ ibi loquit vt ex-
poſitoꝛ Malachie, et ideo in pſona hoīm
illoꝝ q̊s vetus lex obligabat loquit, nō au
tem in pſona noſtra, Et ſi etiaꝫ in perſona
noſtra loqueret intelligēdus eſſet accedē-
te inſtitutōe eiuſdē precepti p eccleſiam fa-
cta, Ad ſeptimā dicenduꝫ ꝙ Aug⁹, vult
ꝙ etiam nos teneamur hoc tpe dare deci-
mas, nō qꝛ deus in nouo teſtamēto p̄cepit
nobis vt eas daremus, aut ꝙ p̄ceptū vete
ris teſtam̄ti ad nos extēderit p̄ceptiue, ſed
qꝛ eas in veteri teſtamēto p̄cipiēdo: inſinu
auit ideꝫ nō minus poſſe inſtitui in nouo,
ꝛ ꝙ in illa inſinuatōe dignāter ꝛ pie ſe ha-
buit, qꝛ cum totū dederit dignatus eſt inſi
nuare ꝙ ſi inſtituat ſolū decima ps ſoluen
da: velit illam gratā habere ꝓ ſuis miſtris
Ad octauā dicenduꝫ ꝙ intelligit ꝙ ſint
diuini iuris, i, iurꝫ diuini olim inq̄ꝫtū talis
obligātis hodie aūt p hūanā inſtitutiōem
renouati, vel ſunt diuini iuris, i, iuris exē-
plati a iure diuino oliꝫ obligāte: hodie tm̄
alludēte ꝛ quid nobis imponi poſſit inſi-
nuante, Ad nonā dicēdū ꝙ ſenſus Ur
bani eſt, p̄cipimus dare decimas, In q̊ p̄-
cepto hoc ꝓ occaſiōe ꝛ fundamēto illud p̄
cipiendi habemus, qꝛ deus olim illas p̄ci
piendo iſraelitis inſinuauit ꝙ idem etiam
poſſit p̄cipi fidelibꝫ noui teſtamenti q̊ non
minoꝛis iuſticie diſtributiue ꝛ pfectiōis et
liberalitatis eſſe debēt circa miſtros ſuos
q̄ꝫ veteres fuerint circa ſuos. Ad deci-
mā dicendū ꝙ cum dicit Gregori⁹ q̊s fide
les dn̄o p̄cipiente offerunt ꝛc̄, intelligit ſic
Quos fideles offerūt ad ſatiſfaciendū pre
cepto eccl'ie cōfoꝛmiter ad p̄ceptū veterꝫ te
ſtamēti nō hodie ſed olim obligātis facto
ꝛ ab illo exēplati ac occaſionati, Ad vn
decimā dicendū ꝙ vocat ipm̄ diuinū p̄ce-
ptū, i, exemplatū ꝛ occaſionatū a iure diui
no ad qḋ cōfoꝛmiter eſt inſtitutū, Q autē
decernit ꝙ illi qui cōferunt eas laicis vel
aliis q̄ꝫ ſacerdotibꝫ ſint habendi inter ma-
ximos hereticos: non eſt ex eo qꝛ eas illis
cōferre eſt hereſis, quia hereſis eſt act⁹ er-
roneus intellectus, ita ꝙ per hereſiꝫ depra
uat intellectus, p̄dictum aūt ꝯferre pōt cō
tingere ſine erroꝛe in intellectu, ita ꝙ confe
rens ſciat bene ꝙ illicitum eſt eas aliis cō
ferre ꝛ tn̄ ꝯferat ex deprauatiōe volūtatis
per malā affectioneꝫ. ſed ꝙ hoc dicit eſt ex
altera illaꝝ duaꝝ cauſaꝝ, ſcꝫ, aut qꝛ loquit
de cōferēte ꝛ ſimul credente pertinaciter ſe
eas ſic poſſe cōferre talibꝫ pſonis, aut qꝛ p
aliq̄s penas q̄ ſunt decrete ꝯtra hereticos
etiam poteſt cōtra ſic cōferentes ꝓcedi, Et
ſic quo ad illas penas equiparant hereti-
cis, nō quia crimen coꝝ ſit hereſis: queād
modum in ſil'i ſolet dici de ſimonia q̄ ſolet
dici hereſis ꝛ de ſimoniacis q̊ dicunt here
tici, licet etiā ibi ſint alie cauſe de q̊bus ali
bi videri habet, et ſil'r ſicut ſolet dici de ſi-
monia mere poſitiua ꝙ ſit ſimonia ꝛ ḋ vſu
ra mere poſitiua ꝙ ſit vſura, licet q̊ddita-
tiue in veritate nō ſint talia, ſed qꝛ eccleſia
voluit vt tales ꝯtract⁹ punirent penis ve-
roꝝ ſimoniacoꝝ vel vſurarioꝝ, Ad du-
odecimā dicendū ꝙ in illo ꝓceſſu aſſumit
textus veteris legis vt exemplar quo inſti
tutū fuit per eccleſiā p̄ceptum de decimis
tēpoꝛe noue legis, quo p̄cepto ſuppoſito
cōſequenter ꝓcedit ꝯtra inobediētes illi p̄
cepto, Q autē illud exemplar allegatum
eſt: hoc ē vt appareat q̄ꝫ irrōnabiliter ſe ha
beant hi hoīes noue legis q̊ ꝯtraueniunt
p̄cepto eccleſie taꝫ rōnabili vtpote exēpla-
to a p̄cepto diuino in materia in q̄ non mi
nus pfecti debent eſſe q̄ꝫ veteres, ꝛ p con-
ſequens vt appareat q̄ꝫ iuſte ſint puniendi
Ad tredecimā dicendū ꝙ veꝝ eſt ꝙ p̄-
dicti qḋ fecerūt vel ꝑmiſerunt venit ex in-
ſpiratione eis facta, vt eoꝛum factum eſſet
nobis in exemplū, ſed quia inſpiratio ali-
cuius rei facta ceteris in exemplū fit dupli
citer, quia fit nō ſolum inſinuādo hoc cete
ris p̄ceptiue, ſed fit ꝛ fieri poteſt etiam inſi
nuando hoc ceteris tm̄ cōſultiue, vel vt ſi
milia poſſint p̄cipi illis aliis exemplo illo
rum factoꝝ, Idō non poteſt determinate
inferri alter illoꝛum duoꝝ modoꝛū inſinu
andi, ſicut a particulari ad ſingularem nō
valet conſequentia, quidam homo currit
igitur ſoꝛtes currit, Ad ſecundam partem
eiuſdem ꝓbationis dicendū, Dato ꝙ loq̄-
retur de ſacerdotibꝫ etiam legalibus, vl' de
talibus quoꝝ numero poſſet compreben

dī moyſes et nō tm̄ de euāgelicis puta de pontificibus in noua lege: adhuc non habet̄ intentū. ſicut ſi q̄s dicat ſic. Moyſes et xp̄s pceperunt hoc igit̄ tenemur illō ſeruare. nō pōt ex hoc inferri ꝙ arguens pretendat ꝙ moyſes habeat nos ligare. quia ad illud ꝯſequens inferendū ſufficit altera pars copulati antecedentis. De Jacob etiam ſpecialiter notandū ꝙ ipſe nō vouerat decimas q̄ſi aliquibꝫ miniſtris dei exhibendas. ſed in diuinū cultū: puta ad ſacrificioꝝ ꝯſummationē. Unde ſignanter dicebat. offerā tibi decimas. ⁊ ideo ex eius facto nō haberet̄ ꝙ nos teneremur ad decimas dandas miſtris dei ꝓ ſuſtentatōne

Ad decimāquartā dicendū ꝙ nos incurrimus illa mala eo ꝙ nō ſeruamꝰ legē veterē de decimis. nō vt legem veterē ſed vt legē eccl'ie cōformiter factam ad legem veterem. ⁊ ꝑ cōſequens cum vtriuſqꝫ tp̄is eadem ſit lex de decimis. et veteres ꝓ illiꝰ obſeruātia abūdabant oībꝫ bonis. et nos illam non ſeruamus. congruū eſt vt econtra nos deficiamus in bonis. Ad decimāquintam dicendū ꝙ maior illiꝰ argumenti intelligit̄ de iuſſione exemplari. hoc eſt iubemur ab eccleſia exemplo iuſſionis dei facte in veteri lege cōformiter ad iuſſionem dei factam fidelibus veteris legis. Uel capit̄ iubemur. i. iuſſi fuimꝰ cōnumerando nos fidelibus veteris teſtamēti ꝓpter vnitatem eccleſie eoꝝ et noſtre. licꝫ nō ſimus ſub obligatione illa ſub qua ipſi fuerunt. ſicut Daniel cōnumerat ſe alijs peccatoribus dicens. Peccauimus. iniq̄tatē fecimus ⁊c̄. Daniel. ix. Sepe eñ pſens ponitur ꝓ pterito: pſertim apud oratores vel rhetores aut eoꝝ ſtilo ſe conformantes. vt omnibus notum eſt quottidie in canticis eccleſie. cum canit̄. Uenter puelle baiulat ſecreta que non nouerat. et multa ſimilia. Et nihilominus adhuc valet argumentatio Gregorij. quia voluit dicere ꝙ ex q̄ veteres iuſſi fuerunt dare decīas. ⁊ nos exēplo eorum etiam per eccleſiam actu iubemur dare decimas. et ieiunare q̄draginta diebus eſt etiam dare decimas. igit̄. Quō autem hoc argumentum poſſet retorqueri contra eos patuit in quinta ſuppoſitiōe ante finem. Ad ſedecimā dicendū eodē modo ſicut ad terciam eſt dictū. q2 vtrūqꝫ capitulum idem cōtinet in effectu quo ad ꝓpoſitum noſtrū. Ad decimāſeptimam ꝙ decime non ab homine inſtitute ſunt ꝓ quanto non fuerāt inſtitute ſine exemplo diuine inſtitutionis pcipientis. imo occaſione illius et exemplo eiuſdem fuerūt inſtitute. Sicut ſi diceret̄ ꝙ leges decem tabularū recepte per romanos a grecis nō eſſent inſtitute per romanos ſed ꝑ grecos Et tamē ꝯſtat ꝙ non ligabant romanos. ex eo ꝙ a grecis erant inſtitute Et hoc mō capiendo hoc qđ eſt aliquid iſtitui ab homine: tunc cōſtitutiones eccleſie facte ſine exemplo diuine inſtitutionis dicerent̄ ab homine facte. vt ꝙ non liceat nobis comedere carnes feria ſexta vel huiuſmodi. ⁊ tamen vtreqꝫ non ligant ex cōſtitutione diuina: niſi intelligendo illo modo quo nulla lex ligat niſi ꝓpter diuinam legem dicentem Qui vos ſpnit ⁊c̄. put diffuſe tractat cancellarius Parienſis in tractatu de vita ſpirituali. ſed nihil de hoc ad ꝓpoſitum.

Ad decimāoctauam dicendū ſicut ad octauam ⁊ vndecimā eſt dictū. Poteſt etiā dici ꝙ diuina ꝯſtitutio intelligitur ibi canonica. vt patuit ex quinta ſuppoſitione. ⁊ habet illa expoſitio locum in illo. c. quia ab eo quod debet̄ iure canonico non poteſt quis eximi per imꝑatorē. quia nō habet imꝑator poteſtatem ꝯtra canones eximendo aliquem ab illis. imo leges nō dedignantur ſacros canones imitari. Ad decimānonam dicendum ꝙ decimas noſtri tp̄is reſeruauit deus. i. deꝰ in veteri lege dedit eccleſie exemplum inſtituēdi eas etiam ꝓ tēpore noue legis in ſignū vniuerſalis dominij. Ad viceſimā eodem mō dicendum ſicut ad pcedentem ⁊ ad nonā eſt dictum. exponēdo lꝫ eas ſicut lꝫ quas ē expoſitum in ſolutione pcedentis ꝓbationis ⁊ ꝓbatōis none. Ad viceſimā p̄mā dicendum ꝙ hoc c. poteſt dupliciter legi. Primo augmētatiue. ſecūdo diminutiue. et neutro modo ꝯcluditur ꝓpoſitum ex eo Primo igitur eſt eius ſenſus ꝙ ad decīas aliquas tenemur ex lege diuina veteri nō obligante ſed exemplante humanam inſtitutionem decimarum. ſicut ſunt decīe prediales Ad aliquas ho non tenemur ex veteri lege ſiue obligante ſiue exemplante vt ſunt perſonales Nullibi eñ in toto veteri

ꝥſtamēto poteſt haberi ꝙ iſraelitis fuit p̄-
ceptuꝫ dare decimas ꝑſonales.ſed nobis
p̄cipiunt᷑. vt in c.nō eſt.⁊ c.tua.ij.de decis
Et ſi dicat᷑ tamē Malachie.iij.indiſtincte
dicit᷑. Inferte oēm decimā. Dicēdū ꝙ hoc
eſt ꝯtra eos.quia mox ſubditur. in horrea
mea. Modo decime ꝑſonales ad arcas ⁊
burſas:nō ad horrea reponunt᷑.ſignū igit᷑
eſt ꝙ ſolum ad p̄diales ⁊ de terrenaſcētibꝫ
tenebant᷑ iſraelite. Et in hoc homīes legis
noue plus obligati ſunt ꝗ̄ꝫ homīes veterꝫ
legis.quia vltra p̄diales etiam tenētur ad
ꝑſonales:niſi cōſuetudo nō ſoluendi ꝑſo-
nales eos excuſet. Ideo ſic intelligēdo ca
pitulū legit᷑ augmentatiue.q̇a imponit no
bis plures decīas ꝗ̄ꝫ fuerint impoſite ho-
minibus veteris legis. Nec tn̄ irrōnabil'r
Et hoc ex quinqꝫ cauſis. Primo.qꝛ perfe-
ctiores eis eſſe debemus. Scd̄o.quia plu
res ſunt miſtri noue legis ꝗ̄ꝫ veteris. Ter
cio.qꝛ nobiliores ſunt miniſtri noue legis
ꝗ̄ꝫ veteris.vt patet.ij. Cor.iij. Quarto.q̇a
ꝓplus veteris legis vbicūqꝫ diffuſus erat
in terra ꝓmiſſionis habebat p̄dia de qui-
bus ſufficienter ſuſtentari poterant leuite.
ſed popul⁹ noue legis diffuſus eſt ad mul
ta loca in quibus non ſunt p̄dia.⁊ ſic non
poſſent ſuſtentari miniſtri dei de p̄dialibꝫ
decimis.oportuit ergo eis aſſignare perſo
nales. Quinto. quia leuitis veteris legis
non erant interdicta negocia ſecularia ita
ſicut miſtris noue legis.et ſic de alijs pote
rant ſe etiam nutrire vt ceteri iſraelite.non
ſic noſtri clerici. Ex dictis in hac ſolutōe
prima infero correlariū. Mirāduꝫ eſt de
Innocentio ꝙ ſingulariter loquēdo de ꝑ
ſonalibus decimis dicit ꝙ ille ſunt de iure
diuino.⁊ dicētes ꝑſonales non eſſe de iu-
re diuino ſunt q̄ſi heretici. Et mirat᷑ de no
uis theologꝫ ꝯtrariū aſſerentibꝫ:dicens.ſi
de his q̄ ꝓducit hum⁹ terre debet de⁹ ho-
norari:forti⁹ de his q̄ ꝓducit oꝑa ⁊ indu-
ſtria hoīs tanqꝫ dignior. ꝓ q̄ allegat textū
Gen̄.iiij.alias Deutero.xij. vbi videt᷑ ſibi
lr̄a hoc velle. Sed vt dixi de eo eſt miran
dū cum nullibi hoc de ꝑſonalibꝫ poſſit in
textu veteris vel noue legis fundari tanqꝫ
ille ſint p̄cepte. Unde ſi vtiqꝫ voluiſſet di-
cere ꝙ dicētes decīas nō eſſe de iure diuīo
ſint q̄ſi heretici:apparēti⁹ hoc dixiſſꝫ de de
cimis p̄dialibus.qꝛ de his ē expꝛ̄ſſus text⁹
veterꝫ legis.nō ſic vllibi pōt inueniri text⁹
p̄ceptiuus de ꝑſonalibus. Quāuis docto
res ſancti vt Aug⁹.⁊ alij exprimāt ꝑſona-
les.ſed nō dicunt ꝙ ille ex textu veteris le-
gis habeant᷑.ſed bene volunt ꝙ ſint debi-
te.quod verꝫ eſt ex p̄cepto eccleſie. Qd̄ au
tem Innocenti⁹ allegat textū Gen̄.iiij. nō
habet᷑ ibi aliq̇d de decimis ꝑſonalibꝫ ſed
tm̄ de oblationibus et primitijs. ⁊ deniqꝫ
nō habet᷑ ibi de oblatiōibꝫ ⁊ primitijs ꝑſo
nalibus ſed p̄dialibꝫ.puta ꝓuenientibꝫ de
terrenaſcentibꝫ et anīalibꝫ. Ideo poti⁹ ibi
argueret᷑ ꝙ primitie quo ad quottam ordi
nalem eſſent de iure diuino:ꝗ̄ꝫ ꝙ ibi poſſit
fundari ꝙ quotta decime ꝑſonalis eſſꝫ de
iure diuino.⁊ tamē neutra eſt de iure diui
no hodie obligante vt ſic.nec facta cayn ⁊
abel ſunt ſanctiones legis naturalis. mul
ta quippe fecerunt veteres que nec nobis
ſunt leges.nec ea fecerunt ex dictamine le
gis natural'.ſed ex familiari ꝯſilio ſpūſſan
cti inſpirato:quo etiā nobis non precepti
uum exemplum ſed ꝯſultiuum dederūt ſi-
milia faciendi vel ſtatuendi noſtris vt ſil'ia
facerent. Qd̄ alias allegat textū Deutero.
xij.q̄ſi ibi habeat᷑ de ꝑſonalibus decimis.
Dicendū ꝙ ibi non habet᷑ niſi ꝙ decima ⁊
primitie ſunt offerēde in certo loco. ſꝫ hoc
non intelligitur indiſtincte omniū ſed ter-
renaſcentium tm̄.eo ꝙ ſic limitat᷑ Mala-
chie.iij.vt dixi. Et ſil'r Nūeri.xviij. vbi li-
cet etiam indiſtincte dicat dn̄s ſe dediſſe fi
lijs leui oēs decimas.tn̄ nō indiſtincte in-
telligit᷑ ſed de terrenaſcētibus et anīalibꝫ.
quia paulo poſt qn̄ mādat leuitis ꝙ de de
cimis ꝑceptis a ꝓpl'o ipſi ꝯſequenter debe
ant dare ſūmo ſacerdoti decimā decimaꝝ
dicit:ꝙ eam decimā decimaꝝ debeāt dare
loco primitiaꝝ.tam de areis ꝗ̄ꝫ de torcula
ribus ⁊ vniuerſis q̄ꝝ accipiunt primitias
Et infra. Si p̄clara ⁊ meliora queqꝫ ob-
tuleritꝫ ex decimis:reputabit᷑ vobis q̄ſi de
area ⁊ torculari dederitꝫ p̄mitias. Sic igi
tur reſtringit decimas ad ſolas illas q̄ dā-
tur de rebus de q̇bꝫ dant᷑ primitie.mō nul
le primitie ꝑſonales dabant᷑ ſed ſolum de
terrenaſcētibꝫ ⁊ anīalibus ⁊ hoībus. Et ſi
milis reſtrictio etiaꝫ fit Leuitici vltīo. vbi
dicit᷑. Omnes decīe terre ſiue de frugibꝫ ſi
ue de pomis arboꝝ dn̄i ſunt. Et īfra. oīm
decimaꝝ ouis ⁊ bouis et capre q̄ ſub pa-

ſtoris virga tranſeunt quicquid decimuz
venerit ſanctificabit͛ dño. Et ex hoc ſeq̇-
tur ꝙ ſi ꝓpter hoc ꝙ Deuteronomij.xij. in
diſtincte dicit͛ ꝙ debeant offerre decías ⁊
ṗmitias manuū ſuaꝝ:inferat͛.ꝙ ergo pſo-
nales decimas etiam debeāt offerre.eo ꝙ
etiā illi p manus acq̇runt͛:puta artificū vl͛
negociatorū.tūc eadeꝫ rōne ↄſequēter etiā
fuiſſent obligati ad dandū decimū puerū
quia etiam hoīes acquirunt ſuos pueros
que ſunt etiā opa eoꝝ.ſicut artificum ſunt
ſua opa.⁊ de ſua ſubſtantia.i.de ſemīe qđ
ex nutrimento ſuis manibus acquiſito eſt
genitum eos generant ⁊ laboribꝫ ſuis eos
nutriunt. Unde etiā de eijſdem dabāt pri
mogenitos tanq̄ꝫ primitias.licet eos redi-
mebant. Et ſic patet ꝙ autoritates q̄s p
ſe adduxit Innocentius nō ↄcludūt eius
ꝓpoſitum. Forſitan aūt p̄ter predictas q̄ſi
uiſſet ſi quas alias potuiſſet habuiſſe. Et
p eo adduco duas. Unam ex li. Geñ. xiiij
ca. ⁊ vnā ex euangelio Lu.xviij.ca. Nam
Geñ.xiiij.abraam dedit ipſi melchiſedech
decimas ex omnibꝫ. Et nō pōt dici ꝙ ibi
textus intelligat͛ de p̄dialibus decimis nō
ꝺ pſonalibꝫ. Nā potius econtra intelligit͛
Nam loquit͛ ibi de decimis earuꝫ reꝝ q̄s
tunc abraā ſecū habebat in expeditōe bel
lica.⁊ quas conq̄ſiuerat in bello ↄtra q̄tu
or reges Nam Melchiſedech occurrit ei
cōſtituto in illa expeditione Et ſic dedit ei
decimas de pecunijs ⁊ iocalibꝫ ⁊ alijs lu-
cris obtentis in illo bello. ergo dedit ei p-
ſonales decimas.et ſic pſonales ſunt ꝺ iu
re diuino. Simil'r Lu.xviij.dicebat pha
riſeus. Decimas do omniū que poſſideo.
et ita etiā de ſuis lucris vel artificio vel ne
gocio ⁊c.dedit decimas.et tamen non vi-
detur eas dediſſe niſi ꝓpter p̄ceptum vete-
ris legis.igitur p̄ceptum veteris legis etiā
erat intelligendū de decimis pſonalibus.
quod eſt contra predicta. Dicendū ad ṗ-
mum ꝙ etiam ſi Abraam dederit perſona
les decimas.tamē non habetur ꝙ hoc fe-
cit tanq̄ꝫ quid ſibi preceptum a domio.po
tuit em̄ illud facere vt aliquid ſupergatō
nis. Si etiam hoc feciſſet ex aliquo prece
pto dei illud fuiſſet vel potuiſſet fuiſſe tm̄
perſonale.ſicut etiam ei preceptum fuit ꝙ
imolaret filium ſuum Iſaac. nec tamen il
lud vſq̄ꝫ ad alios extenſum vel extenden-
dum fuit. Ad ſecundū dicendum ꝙ cum
phariſeus ille dixit ſe decimas dare omni
um.ly omniū diſtribuebat p omnibus p̄-
dialibus. ſcꝫ tam minutis q̄ꝫ maioribꝫ .ita
q̄ꝫ volebat ſe iuſtificare in hoc ꝙ non tm̄
dabat maiores ſed etiaꝫ minutas.put ali-
bi ait xp̄s. Ue vobis ⁊c.qui decimat͛ mē
tam ⁊ anetū ⁊c. Secundo ꝙ etiam ſi q̄s
pſonales dediſſet:non id feciſſꝫ tanq̄ꝫ ex le
ge veteri debitas.cum illa lex nō loqueret͛
de illis vt patuit.ſed feciſſꝫ illud tanq̄ꝫ q̇d
ſupergationis. Nam etiam dicebat Ie-
iuno bis in ſabbato.et tamen non hoc fa
ciebat ex aliqua lege veteris teſtamenti ſi-
bi illud precipiente.nec eius factuꝫ nobis
legem facere poteſt. Et ſic patet reſponſio
ad autoritates q̄ pro Innocentio poſſent
adduci. Ad rationē eius negatur ꝙ ex iu
re diuino hodie obligante debeat deꝰ ho
norari de cunctis que ꝓducit humus pro
ut oppoſitum patuit in ſolutione quarti ar
gumenti. Et ſi dicis ſaltem de iure diuino
hodie obligāte miniſter dei debet de illis
ſuſtentari que humus ꝓducit. et ſic multo
magis de illis que induſtria hominis p-
ducit. Dicendum. Dato ſed non conceſſo
ꝙ antecedens eſſet verum. non tamē quo
ad quottam eorum ſed quo ad aliquid. et
ſic etiam cōcederet͛ cōſequens. Sed tamē
etiam antecedens eſt falſum. quia ad ſatiſ
faciendū iuri diuino hodie obliganti ſuf-
feciſſet ꝙ miniſter ſuſtentet͛ de bonis eorū
quibus miniſtrat non curando an de p̄di
alibus an pſonalibus bonis ſuſtentetur.
Q̄uis ad ſatiſfaciendūꝫ legi poſitiue eccle-
ſie ſecus ſit.de qua ↄcedimꝰ ꝙ debite ſunt
prediales et perſonales niſi vbi conſuetu-
do inueterata habet cōtrarium in toto vl͛
in parte.⁊ miniſter al's habet ſufficientem
ſuſtentationem p officio ſuo. Plures etiā
ex canoniſtis ſentiunt ↄtra Innocentium
dicentes. ꝙ pſonales tm̄ de iure poſitiuo
debentur vt Raymūdus ⁊ Hoſtienſis in
ſummis ſuis. Ad ideꝫ videtur eſſe Archi
diaconus in decreto ⁊ in ſexto. Secun
do poſſet ad predictam viceſimāprimā p
bationem dici ꝙ textus poteſt intelligi di
minutiue.vt ſit ſenſus Ille decie ſunt ne-
ceſſario ſoluende que debentur ex lege di
uina ⁊ hoc tm̄ exemplante ⁊ non obligan
te.cuiuſmodi ſunt om̄es ſcꝫ prediales etiā

quo ad quottã ⁊ de ſingulis prediĳs vľ ter
renaſcentibus. vel ſi ꝯſuetudo alicuiꝰ loci
habet ꝙ minus q̃ꝫ decretum veteris legis
req̇rebat detur (et hoc ſiue minus in q̄tta
ita ꝙ nõ decima ſed ſedecima vľ viceſima
pars detur, ſiue minus quo ad p̄dia: ita ꝙ
nõ de omnibus p̄diĳs detur, ſiue minus q̊
ad res de quibus detur: ita ꝙ non de oĩbꝫ
rebus terrenaſcentibus detur, ſed ſolũ de
aliquibus: puta de maioribus ⁊ nõ de mi
noribus. vel nõ de omnibus maioribꝫ vel
de omnibꝫ minoribꝫ) tunc ſufficit tales da
re q̃s conſuetudo dandi interp̄taŕ eſſe dã
das. Et ille intellectus etiam eſt verus. q̇a
ex quo etiã prediales ſunt iure poſitiuo tm̄
debite ⁊ nõ iure diuino niſi exemplãte nõ
obligante, tunc cõſuetudo interp̄tabiŕ ea-
rum ſolutionem quomõ ſit debita eo ꝙ cõ
ſuetudo ſit optima legum poſitiuarum in
terpres. Ad viceſimãſecundã dicendũ
eodem modo ſicut ad viceſimã. Et ad di-
ctum Alexandri de ales dicenduꝫ ꝙ vult
dicere ꝙ autoritate diuina exemplante au
toritatem vel ꝯſtitutionẽ humanã eccleſie
non autẽ autoritate diuina veteris legꝭ ho
die obligantis. Et ſic ſatiſfactum eſt omĩ
bus vigintiduobus argumentis incluſis
in decimoquarto principali argumẽto.

Decimoquarto arguiŕ. Si preceptum
de quotta decimarũ danda non eſſet pre-
ceptuꝫ morale veteris legis vt dicit tercia
cõcluſio. tunc non licuiſſet pape et eccleſie
illud preceptum imponere poſtea fidelibꝫ
noui teſtamenti. Cõſequẽs eſt falſum ⁊ cõ
tra ſextam cõcluſionem, igitur. ſequela p̄-
batur, quia non licuit pape ⁊ eccleſie fide-
libus noui teſtamenti imponere dura pre
cepta veteris legis niſi illa eſſent moralia.
modo p̄ceptum de quotta decimarũ dan
da eſt durum p̄ceptum ipſis laicis fideli-
bus, igitur. Maior ꝓbatur. quia Actuuꝫ
xv. Petrus loquens contra illos qui dice
bant ꝙ cõuerſi ad fidem ex gentibus tene
renŕ obſeruare legẽ moyſi que erat lex ſa-
tis dura: dicit ſic. Quid tentatis deum im
ponere iugum ſuper ceruices diſcipulorũ
quod neqꝫ nos neqꝫ patres noſtri portare
potuimus. Ibidem etiaꝫ Jacobꝰ ait. Ego
iudico nõ inquietari eos qui ex gentibus
conuertunŕ ad deum. et cõſequenter con-
cluſum fuit ibidem per cõcilium apoſto-
rum ꝙ non eſſent eis legalia imponenda
onéroſa, ſed ſufficeret ꝙ abſtinerẽt ab ido
lis ⁊ a fornicatione. et ſub illis comp̄hen-
diŕ aliorum moralium obſeruantia. et etiã
ꝙ abſtinerẽt a ſuffocato et ſanguine qd̊ fu
it legale quoddam etiã obſeruandũ. Ubi
innuiŕ ꝙ apoſtoli iudicabãt ꝙ dura ⁊ gra
uia p̄cepta legis moyſi non erãt eis impo
nenda. ⁊ non poterãt hoc intelligere apo-
ſtoli de duris moralibus. quia ab illis nõ
poterant eos deobligare. igiŕ intelligiŕ de
iudicialibus ⁊ ceremonialibus. ⁊ ſic iudi-
cabant eis non eſſe imponẽda dura iudi-
cialia. modo iudicio apoſtolorum quo ad
regimen eccleſie etiam debent ſe cõforma
re pape ⁊ eccleſie. p̄ſertim in non grauãdo
fideles duris preceptis. eo ꝙ ſaluator ait.
Jugum meum ſuaue eſt et onus meum le
ue. Minor aũt videŕ nota. quia circa hoc
verſaŕ virtus liberalitatꝭ ⁊ iuſticie. virtus
aũt eſt circa difficilia. Dicendum negan-
do ſequelam. Ad ꝓbationem diſtinguen-
da eſt maior. quia ſi intelligaŕ ꝙ non licue
rit eis ea imponere vt obligantia ex virtu
te veteris legis. ſic ꝯcediŕ. nec mirũ. qꝛ illa
non ligabant q̇ſcunqꝫ amplius ex virtute
veteris legis. imo etiã de moralibꝫ videŕ ꝙ
illa nec ligabãt nec hodie ligẽt oẽs fideles
ex forma veteris legis. q̇a ex forma illiꝰ le-
gis ligabãt tm̄ iſraelitas. qꝛ ſolis illis erãt
data ex forma legis q̃uis ex lege nature ⁊
lege euangelica que omnes ligãt: ligẽt oẽs
eo ꝙ in lege euangelica ſunt moralia prece
pta tradita et extenſa ad omnes. quia chri
ſtus ea docuit apoſtolos ⁊ alios iſraelitas
et apoſtolis dixit Matthei vltimo. Eun-
tes docete omnes gentes docẽtes eos ſer-
uare omnia quecunqꝫ mãdaui vobis. Et
illo modo etiam non licuiſſet pape vel ec-
cleſie imponere p̄cepta de quotta decima
rum fidelibus nec ſic impoſuit eis. Si au
tem intelligaŕ maior ꝙ non licuerit eis ea
imponere fidelibus vt obligatoria ex po-
ſitiua autoritate papali ⁊ eccľiaſtica. ſic ne
gatur quo ad iudicialia Nec verba Petri
et Jacobi ⁊ concluſio conciliĳ Actuũ. xv.
volunt hoc inſinuare. quia ſtatim met im
poſuerunt eis illud legale ſcꝫ de nõ come-
dendo ſanguinem ⁊ ſuffocatum. ſed vole
bant ſignificare ꝙ non eſſet neceſſariũ eis
imponere illa legalia ſicut tamen aduerſa-

rij aſſeruerunt, ꝓpter quorum doctrinaꝫ il/
lud concilium fuerat congregatū. Et ſi di/
catur. Petrus in verbis pretendit ꝙ etiaꝫ
duricia illius legis fuerit cauſa ad non im
ponendum eis ea. et Jacobus in ſuis ver
bis ꝑtendit inquietudineꝫ in obſeruando
ea fuiſſe cauſam deobligationis vel nō im
poſitionis eorum. et totum cōciliuꝫ ꝓ cau
ſa pretendit oneroſitatem eorundem. Re
ſpondet ꝙ principale fundamentū Petri
et concilij fuit ꝙ non tenerent ad legalia. ⁊
per conſequēs non erat neceſſariuꝫ eis ea
ſeruare. Et hoc habito ꝯſequenter exquo
et ſi nō erat neceſſariū eis ea ſeruare tamē
multa ex eis licite poterant ſeruari: viden
dum erat an ne ď facto expediret eis talia
imponere. ⁊ an de facto nō imponendum
eis ea que etiā licite poterant: allegauit pe
trus ꝓ cauſa difficultatem ⁊ duritiem ob/
ſeruantie eorum. ⁊ hoc loquendo de om̄i/
bus ſimul captis. quia tot erant in multi/
tudine ⁊ etiaꝫ in magnitudine ꝙ dura po/
terat dici ⁊ etiam difficilis eorum obſeruā
tia. Erāt em̄ ſexcenta ⁊. xiij. ſcꝫ. cc. ⁊. xlviij.
affirmatiua: ſicut ſunt. cc. ⁊. xlviij. oſſa ho/
minis. ⁊. ccc. et. lxv. negatiua. ſicut ſūt. ccc.
et. lxv. dies anni. Secus autē de aliquibꝫ
eoruꝫ tm̄. Stat em̄ ꝙ aliqua ꝑcepta ꝓpter
multitudinē eoꝝ ſint dura. et tamen ſi vnū
eorum ſeorſum accipiatur non ſit durum.
ita in ꝓpoſito. Unde ſi predictum argumē
tum cōcluderet: tunc etiam nō poſſent ho
die ſeculares principes ſtatuere ⁊ cōſequē
ter punire crimina illis generibus penaꝝ
quibus per iudicialia veteris legis punie
bant. quod eſt falſum. Nec ipſi apoſtoli ꝓ
tunc in eodem concilio indixiſſent eis ab
ſtinentiam a ſuffocato et ſanguie. quod ta
men etiam habet aliquā duriciam aſſuetꝭ
talia comedere. Secundo dicendum ad
minorem ꝙ dare quottam decime non eſt
durum veris fidelibus, quod ſic patet.
quia tales credūt deum eſſe veracem in ꝓ
miſſis. ⁊ per cōſequens credunt ꝙ ſi dent
quottam decime ꝙ loco illius decime de/
us faciet abundantem retributionē etiam
in tēporalibus. ita ꝙ longo plus ꝗꝫ illā ꝙ̄t
tam habebunt. ⁊ ecōtra. ſi non darēt ꝙ il/
la eis alias periret: etiam cū maiori dāno.
modo non eſt durum imo facile dare illaꝫ
quottam pro qua quis credit ſe duplū re/
habiturum. ⁊ ſi non daret: duplum ſe deꝑ
diturum. igitur. Maior ꝓbatur. q2 Ma/
lachie. iij. deus hoc promiſit dicēs. Infer
te omnē decimaꝫ in horreum meum vt ſit
omnis cibus in domo mea ⁊ ꝓbate me ſu
per hoc dicit dominus ſi nō aperuero vo
bis catharactas celi ⁊ effundā benedictio
nem vſqꝫ ad abundātiaꝫ ⁊ increpabo pro
vobis deuorantem q̄ non corrumpet fru/
ctum domus veſtre. Et non ſoluentibꝫ ꝑ/
mittit celum ferreum ⁊ terram eneā. Poſ/
ſent etiam quedam argumenta fieri cōtra
ſextam concluſionem vtputa CX ſi quotta
decimarum eſſet de precepto poſitiuo ec/
cleſie tunc iudei non tenerentur nobis da
re decimas eo ꝙ nō ligant conſtitutioni/
bus eccleſie. Cōſequēs eſt cōtra c. de terrꝭ
extra de decimis. ⁊ cōtra c. poſt miſerabilē
et c. ꝗꝫto. de vſuris. Sed illorū ſolutio fa/
cile patet ideo tranſeo ꝓ nunc. Decimo
quinto arguitur contra ſeptimam ꝯcluſio
nem ſic. Solutio quotte decimarū fuit in
ſtituta ad deſignandum aliquid myſtice.
igitur preceptum precipiens eam erat ce/
remoniale. tenet conſequētia. quia ceremo
nialia erant inſtituta ad deſignandum ali
quid myſtice. Antecedēs ꝓbatur. quia fu
it inſtitutum ad deſignādum ꝙ homo ſol
uens eſſet aſſumendus ad decimū ordinē
angelorum. Item ꝙ ipſe deus in cuiꝰ ho/
norem dabatur erat perfectio omniū bo/
norum hoīs. ſicut numerus denarius eſt
perfectus numerus. Item ꝙ ab ipſo deo
in cuius honorem dabatur decima pars:
erat omnis noſtra perfectio ⁊ ſibi aſcribē
da. ⁊ ꝙ nobis qui reſeruamus nobis no/
uem partes eſt omnis imperfectio aſcri/
benda. ſicut et nouenariꝰ numerus eſt de/
ficiens a denario qui eſt perfectus. Dicē
dum ꝙ non quecunqꝫ ſignificatio myſti/
ca alicuius actus arguit ꝑceptum qď cuꝫ
precipit fuiſſe ceremoniale. Naꝫ tūc om̄ia
que iſraelitis fuiſſent ꝑcepta ⁊ omnia que
eis accidiſſent fuiſſent ceremonialia. quia
omnia in figura ꝯtingebant illis. ſed opor
tebat ꝙ talis actus eſſet principaliter inſti
tutus ad ſignificandum aliquid allegori/
ce pro nouo teſtamento. vtpote ad ſignifi
candum aliquid circa chriſtum venturuꝫ
Ideo enim ceremonialia hodie ſunt illici/
ta ſeruari. quia ſi ſeruarent fierēt proteſta/

tiones quaſi chriſtus nõdum veniſſet ſed
venturus eſſet et paſſurus. ſicut ĩmolatio
agni paſcalis p̃ncipaliter erat inſtituta ad
ſignificandum q̧ chriſtus verus agn⁹ eſſꝫ
ĩmolandus in cruce. ⁊ ſimiliter occiſio ani
malium in ſacrificijs ad occiſionẽ chriſti
ſignificandum principaliter erat inſtituta.
que ſignificatio eſt allegorica. iuxta illud.
Litera geſta docet: quid credas allegoria.
Et illa ſunt ꝓprijſſime ceremonialia quoꝝ
vſus eſt mortiferus: etiam ſi in eis non po
neretur ſpes ſalutis: eo q̧ ſunt proteſtatio-
nes cuiuſdam crediti tanq̃ȝ illud ſit futu-
rum quod tamen ſ̃m veritatẽ preterijt. Et
preter hec erant quedaꝫ ceremonialia que
ordinabant̃ ad diſponendũ et preparan-
dum hominẽ ad vſum primorũ ceremoni
alium: ſicut erant leges immũdiciaruꝫ et
purgationum legalium quorum vſus eſt
mortiferus maxime vel ſaltem quando fie
ret in ordine ad vſum primoꝝ ceremonia
lium: etiam in neutris ponendo ſpem ſalu
tis. acceſſorium eñi ſortitur naturam prin
cipalis. Et ſic patet quomodo ad ceremo
nialia requirit̃ q̧ eorum principalis ſigni
ficatio ſit allegorica aut q̧ ad taliter ſigni-
ficatiua per ſe ordinent̃. Sed ſi quid erat
inſtitutum principaliter ad ſignificanduꝫ
aliquid tropoloice vel anagogice nõ opor
tebat propter hoc ipſum eſſe ceremoniale.
etiam ſi eſſet inſtitutum ad ſignificandum
allegorice aliquid ſed tamen minus prin-
cipaliter. ſic eſt in propoſito. ſolutio quot-
te decimarum erat quo ad determinatio-
nem illi⁹ quotte inſtituta principaliter ad
ſignificandum anagogice q̧ homo eſſꝫ aſ
ſumendus ad decimũ ordinem angeloruꝫ
Et etiam ad ſignificandũ tropoloice q̧ de
beremus recognoſcere q̧ deus erat perfe
ctio omnium bonoruꝫ noſtrorum ⁊ q̧ ab
ipſo eſſet omnis perfectio noſtra. Iuxta il
lud. Tropologia quid agas: quo tendas
anagogia. Et dato q̧ etiam ſignificaret q̧
chriſtus eſſet perfecturus omnia: tamẽ nõ
erat principaliter ad hoc inſtituta. Unde
bene eſt concedendũ q̧ illud p̃ceptum ha
bet aliquam cõuenientiam cum ceremo-
nialibus vt patuit. ſed non eſt ceremonia-
le dicendum. Decimoſexto arguitur cõ
tra ſextam concluſionem. Si quotta deci
me eſſꝫ de iure poſitiuo eccleſie tunc papa
poſſet diſpenſare cum fidelibus quo ad il-
lam quottam. cõſequens videt̃ falſum. igit̃
añcedẽs. Seq̃la ꝓbatur. quia poteſt ho-
mines deobligare ab eo q̃d ipſe vel eccl'ia
eis impoſuit. quia ipſe eſt ſupra ius poſiti-
uum. ⁊ etiam eius eſt deobligare cui⁹ ẽ cõ-
dere. Falſitas aũt cõſequẽtis ꝓbatur. quia
tunc cum omnib; fidelibus poſſet q̃ ad il-
lam quottam diſpẽſare. q̃a quo ad oẽs eſt
illa q̃tta ex ſolo poſitiuo iure debita. ⁊ etiã
quia non eſt maior ratio quare quo ad ali
quos et non quo ad alios. Cõſequens vi
det̃ incõueniẽs. q̃r hoc eſſet decolerare ſta
tum vniuerſalis eccleſie. q̃r eius ſtatus eſt
q̧ oĩbus eſt p̃ceptũ dare quottã: ⁊ ipſe ab
omnib; tolleret illã obligationẽ. Ad hoc
argumentũ reſpõdendo: duo faciã. Prio
recitabo et reprobabo dicta canoniſtaruꝫ
circa difficultatem quã ingerit hoc argu-
mentum. ſ. An papa poſſit diſpẽſare circa
hoc p̃ceptũ de decimis. Secũdo reſpon-
debo ad formã argumenti. Sunt aũt q̃tu
or modi dicendi eoꝝ circa illam difficulta
tem. Primus modus dicendi eſt gloſe in
cap'lo A nobis. extra de decimis. que po
nit duo dicta in quib; videt̃ reſidere. Pri-
mũ q̧ papa nõ poteſt in totum tollere ius
decimaꝝ. Secũdũ q̧ q̃buſdam ꝑſonis re
mittere poteſt. Rõ diuerſitatis illoꝝ dicto
rũ eſt ſ̃m cã. q̃r ꝑ primum tolleret̃ ius diui
nũ p̃cipiẽs eas. q̃r vl'iter remitteret̃ prece-
ptũ. ſed ꝑ ſecundũ non tolleret̃ ius diuinũ
Contra hunc modũ arguit̃ q̃r deficit q̃n
tupliciter. Primo. q̃r aut intelligit p̃mũ di
ctũ de decimis q̃ ad eaꝝ indetermiatõem
aut q̃ ad determiatõeꝫ. ſ. q̃ ad q̃ttã. Si pri
mo mõ tũc dato q̧ in illo ĩtellectu eſſet illõ
primũ dictũ verũ: ſaltẽ illã indetermiatio-
nẽ. ſ. q̧ aliq̃d ſit dandũ referẽdo ad miſtrũ.
quia de iure naturali ⁊ diuĩo euãgelico: te
nent̃ fideles ad dãdũ aliq̃d miſtro dei ad
eius ſuſtentationẽ vt patuit in p̃ma cõclu
ſione. Papa aũt nõ põt oẽs abſoluere ab
eo ad q̃d naturali iure ⁊ diuino euãgelico
tenent̃. tñ primũ dictũ ſic ĩtelligẽdo tũc ſe-
cundũ eẽt falſum. q̃r tũc ſcõm ĩtelligeret̃ d̃
eadẽ indetermiatõe. q̃r ſecũdũ dictũ affir-
mat id poſſe cõcedi aliq̃b; q̃d p̃muꝫ negat
poſſe cõcedi oĩb;. mõ etiam papa nõ ſolum
non omnes fideles ſed nec etiam aliq̃s fi-
deles poſſet deobligare ab illa indetermi

natõe dãda que eſt iuris naturalis. Et di-
xi notãter. dato ꝙ verꝝ eſſet. qꝛ forte poſſet
dici ꝙ papa poſſet oẽs hoĩes deobligare
etiã ab ipſa indetermĩatõe dãdi accedente
ↄſenſu totiꝰ cleri. vtputa ex liberalitate in-
ſtar Pauli renũciando iuri naturali reſpe
ctu illius indeterminatõis ſicut ꝛ paulus
oĩmode ceſſit iuri ſumptuũ. ſicut etiaꝫ ſta-
tim diceꝛ de quotta decimaꝝ. nec tñ ꝑ hoc
papa aliquẽ vel oẽs deobligaret a iure. i. p̃
cepto iuris naturalis vel diuini illud tollẽ
do. vt ſtatiꝫ declarabiꝛ. et ita diceretꝛ ꝙ etiã
p̃mũ dictum in primo eius intellectu non
eſſꝫ verum. Si aũt intelligaꝛ primũ dictũ
tm̃ de quotta decimaꝝ ꝛ per ly totũ intelli
gantꝛ omnes homĩes. ita ꝙ om̃es homĩes
nõ poſſet deobligare a quotta decimaruꝫ
ſed bene aliq̃s ſicut videꝛ gloſa intellexiſſe
eo ꝙ in ſecundo dicto nõ ait ꝙ quo ad ali
quid dandũ poſſit papa remittere. ſed ait
ꝙ q̇buſdaꝫ ꝑſonis. ſ. que deberẽt dare ꝛc̃.
et tunc in illo ſenſu q̃uis ſecundũ dictum
eſſet verum: tamẽ circa p̃mum quintupli-
citer deficit. Primo in eius fundamẽto. qꝛ
eius fundamentũ eſſet ꝙ quotta decima-
rum eſſet de iure diuino obligante hodie.
modo hoc oſtenſum eſt eſſe falſuꝫ. Scd̃o
quia etiã dato ꝙ eſſꝫ de iure diuino hodie
obligante. tunc nec ſecundũ dictũ eſſet ve
rum. qꝛ ſicut nõ om̃es poſſet deobligare a
iure diuino: ſic nec aliquos vt infra oſten-
dam. Tercio. quia dato ꝙ eſſet de iure di
uino hodie obligante: tunc adhuc videreꝛ
ꝙ papa poſſet oẽs hoĩes deobligare a q̃t-
ta citra hoc ꝙ deobligaret aliq̃s a p̃cepto
iuris diuini. qđ oſtẽdo p̃mo ſic. quia in ve
teri lege erat illa quotta de iure diuino tũc
obligãte. ꝛ tñ ſi tota tribus leuitica vel ille
qui habuiſſet ius ſuꝑ totam tribum illam
de eius ↄſenſu ex liberalitate remiſiſſet q̃t-
tam oĩbus fidelibꝫ puta ꝙ accepiſſent ſo-
lũ duodecimã vl' vndecimã vl' hmõi. et lo
co reliq̃ ꝑtis ſe voluiſſent nutrijſſe labo
ribus manuũ ſuaꝝ. ꝛ hoc cõmode potuiſ-
ſent feciſſe ſine impedimẽto cultus diuini.
vel ſi aliũde potuiſſent acq̇ſijſſe vel habu-
iſſe ſuſtentatõem. tũc nõ in hoc peccaſſent
qꝛ nõ erat eis p̃ceptũ ꝙ exigerẽt vel recipe-
rent illã q̃ttam q̃ erat cõceſſiõis. ſed ceteris
erat p̃ceptum ꝙ darent: qđ nõ intelligitur
niſi ꝓ quãto alij ab eis reciperent. ſi igiꝛ il

li eã recipe noluiſſent ex liberalitate et vo-
luiſſent fuiſſe ↄtenti minori q̃tta tũc deob
ligaſſent eos oẽs a q̃tta. Nec potes dice
re ꝙ hoc idẽ ſit cõtra me puta qꝛ iaꝫ hoĩes
uabilis per ſententiã etiam iudicis inferi-
oꝛis puta ep̃i, tunc poſſet iudex ſententia-
re ſcḋm illam legem: nõ obſtante obſeruan-
tia ꝑ tẽpus ĩmemoꝛabile de ꝯtrario. Mo
do videt̃ ꝙ cõſuetudo qua epiſcopi vel of
ficiales eoꝝ cõſueuerunt tales ſententias
ferre faciat talem interp̃tationeꝫ circa legẽ
dãdi decimas q̃ſi ſcꝫ ſit lata ab eccleſia ta-
liter ꝙ eccleſia voluerit ipſam etiã ꝑ obſer
uantiã per ĩmemoꝛabile tempus cõtinua-
tã in ꝯtrariuꝫ adhuc eſſe valiturã et ꝙ ſcḋm
ipſam poſſit iudicari ⁊c̃. Ad hoc inquaꝫ
foꝛſan diceret̃ per ea que dicta ſunt ſupꝛa
de differẽtia cõſuetudinis ⁊ p̃ſcriptõis q̃-
modo differenter a diuerſis iuribꝫ ſuas vi
res habeant aut cõtrahãt. Secũdo po
teſt dici ponendo tres veritates ꝓbabiles
Pꝛima ꝙ erroꝛ iuris impedit p̃ſcriptio-
nẽ cõſuetudinis. Exemplum. Jn quodaꝫ
loco moꝛtua vxoꝛe q̇dam retinuit dotem
quaſi de iure eſſet lucratus et ita credebat
populus, ⁊ ita fecerũt alij per triginta an-
nos, demũ apparuit q̇dam iuriſperitus di-
cens ꝙ hoc nõ erat iuris, talis erroꝛ impe
dit cõſuetudinem, quia cõſuetudo nõ in-
ducit̃ ſine affectu tacito populi, quãdo au
tem populus facit cõtra ius ⁊ credit face-
re ſcḋm ius: non videt̃ velle inducere cõſue-
tudinẽ ſꝫ vti iure cõmuni qꝛ ita credit eſſe
de iure. Cum ergo affectus deficiat nõ in
ducitur cõſuetudo. Secũda veritas q̃ꝫ

aliqui frequentant actus aliquos creden-
tes illos eſſe ſc̄m legem cui volunt ſe cōfor
mare ⁊ tñ ſunt ꝯtra legem. tunc quātūcun
ꝗ eos ſic credendo frequentent nō intro-
ducit̄ ex eis ꝯſuetudo ſeu ius ſic de cetero
agendi. Exemplū. Lege cauetur ꝙ heredi
tas paterna equaliter diuidatur inter libe
ros. populus credēs ꝙ de iure ſit ꝙ ꝓmo-
genitus ſuccedat in totū ⁊ vtit̄ ſic decē an
nis credens ſic eſſe de iure. talis error im-
pedit conſuetudinē induci. quia populus
credens ſic eſſe de lege ſcripta non tollit le
gem q2 noluit. Vñ lex non poteſt dici tol-
li ꝯtrario cōſenſu populi quia hoc nō vo
luit quia nemo vult tollere id quod neſcit
Tercia veritas Quando aliqui frequē-
tant aliq̄s actus q̄ tamē ſunt preter legē ⁊
errant in cauſa finali et principali tunc nō
inducit̄ cōſuetudo ex eis ſeu ius ſic agēdi.
quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. ⁊ ſic nō
reputat̄ ꝯſenſus interueniſſe. Item etiā er
ror iuris naturalis ⁊ diuini impedit ꝯſue-
tudinē. De iſtis veritatibus tanꝗ̄ ꝓba-
bilibus remitto ad Albericum in lectura
ſua parte .j. ff. ve. in. l. de quib9. ⁊ in. l. ꝙ nō
ratione. de leg. ⁊ ſena. cōſul. ⁊ long. ꝯſue.
Applico ad ꝓpoſitum has veritates. Pri
mā ſic. Officiales ſentētiando ꝯtra ſubdi
tos in caſu predicto et fundando ſe in opi
nione canoniſtarū credentiū quottā deci-
me eſſe de iure diuino et ſilr̄ ꝙ de omnib9
debeat dari ſaltē ꝑdialibus bonis etiā ſit
de iure diuino. ⁊ per cōſequens ꝙ illud ſit
inabrogabile: errant in iure. igit̄ ſic errādo
nō introducent ꝯſuetudinē ſeu ius ſic ſen
tentiandi. Secundā veritatē ſic applico.
Tales crediderūt hmōi ſentētias eſſe ſc̄m
legem diuinam ⁊ ſe declarare per ſuas ſen
tentias illos laicos eſſe obligatos virtute
legis diuine. ⁊ tñ q̄ntum eſt ex lege diuina
non ſunt obligati imo liberi. ⁊ ꝑ cōſequēs
non declarandi nec grauandi vt tales. de
clarare aūt aliquē tanꝗ̄ ex lege diuīa gra-
uatum vel obligatum qui nō eſt ex ea ob-
ligatus nec grauat9 vel grauandus: eſt cō
tra legem diuinam. Terciam autem ſic.
Quia tales actus ſententiandi etiam ſi nō
eſſent contra legem ſed preter legem. vt pu
ta quia fideles ſoluere decimā non eſt con
tra legem. quia non peccant ſoluēdo in p̄-
dicto caſu. licet in eodem eſſē preter legem

tamē cauſa finalis et principalis cū ſic ſen-
tentiauerunt fuit. quia credebant quia ni-
ſi ſic ſententiarēt ꝯtrauenirent legi diuine
obliganti illos ad ſolutionē. ⁊ ſic videt̄ ꝙ
predicta fuga ad quā diuerteret iudex vi-
gore cōſuetudinis etiam ſit precluſa. Que
omnia inq̄ſitiue dixiſſe valui vt detur oc-
caſio cogitandi latius. deſuꝑ cōmittēs ne
gocium iudicio melius intelligentium.
Nunc autē redeo ad illud quod ſuſpē-
ſum fuit ſupra in tercio correlario. ſcʒ. q̄n-
tum tempus requirat̄ ⁊ ſufficiat ad illā cō
ſuetudinem quatenus laici ſint tuti ſaltē
in foro ꝯſcientie ſuꝑ non ſolutione quotte
in caſu eiuſdē correlarij. Ad quod reſpō
dendo pono tres ꝓpoſitiōes vel tria dicta.
Primū. ꝙ ſi talis conſuetudo bona fide
durauit per tēpus de cuius initio non eſt
memoria Illa ſufficit eos excuſare: ita ꝙ
etiam non oportet eos titulum aliquē alle
gare vel ꝓbare. Probat̄. quia q̄muis quan
do aliquid preſcribitur cōtra eccleſiam et
ius cōmune vel p̄ſumptio eſt contra p̄ſcri
bentem non ſufficiat bona fides ſed etiam
ſit neceſſarius titulus qui poſſeſſori cau-
ſam tribuat preſcribendi. tamen ab illa re
gula excipit̄ niſi tanti temporis alleget̄ p̄-
ſcriptio cuius ꝯtrarij memoria non exiſtit
vt dicitur c. j. de p̄ſcrip. li. ſexto. ſic autē eſt
in caſu huius dicti. quia ꝯſuetudinem de
qua loquitur hoc dictum cōcomitat̄ pre-
ſcriptio cōtra eccleſiam. ⁊ ius cōmune re-
ſiſtit laicis preſcribentibus. igitur ex q̄ tan
to tēpore durauit ſufficiet bona fides coꝝ
ſine titulo. Adeo ꝙ ſuppoſito (ſicut veritas
eſt) ꝙ quotta decime ſit tm̄ de iure poſiti-
uo in caſu correlarij: illud dictum nullam
deberet habere difficultatem apud dños
canoniſtas. Imo ipſi idipſum dicerent ſi
tenerēt ꝙ quotta decime eſt de iure tm̄ po
ſitiuo. ita em̄ eſt in alijs rebus vel iuribus
eccleſiaꝝ ꝙ per predictū tempus poſſunt
preſcribi etiam p̄ſcriptōe acquiſitiua dū-
modo bona fides aſſit: licet p̄ſcribens nul
lum titulum habeat ⁊ ei ius cōmune reſi-
ſtat vel preſumptio ſit contra eum. tollitur
enim illa reſiſtentia ⁊ preſumptio per tan-
tam tēporis ꝓlixitatem. Unde etiā in hoc
caſu deberent eſſe tuti in foro contentioſo
ſicut in alijs rebus eccleſiarum eſſent tuti
ſi eas tanto tempore preſcripſiſſent. Nam

non dubito ſi plebani cõuenirẽt ſuos ſub
ditos ſuꝑ ſolutione ꝑmitiarum ⁊ laici alle
garent p̄dictam p̄ſcriptionem, nemo offici
alium cõdemnaret eos ad ſolutionem ea-
rum, imo facerent ſibi cõſcientiaꝫ ſi eos cõ
demnarent ad ſolutionẽ, ⁊ tamen nõ plus
eſt q̄tta decime debita q̄ꝫ ſint primitie tam
de iure diuino loquendo q̄ꝫ hũano. Se
cundum. Si predicta cõſuetudo bona fi-
de durauit per quadraginta annos ⁊ lai-
ci habeant titulum: iterum ſufficit illa con
ſuetudo eos excuſare in foro ꝯſcientie. ſal
tem ſi illa decima ꝑtinuit ad aliam eccleſi-
am q̄ꝫ ad romanã. Imo etiam in foro con
tentioſo deberet eos excuſare non obſtan
te ꝙ ius cõmune reſiſtat eis. Probatur, qꝛ
ita eſt in alijs rebus vel iuribus eccleſia-
rum inferiorum reſpectu romane eccleſie
ꝙ poſſunt tanto tempore preſcribi cõcur-
rentibus bona fide et titulo. non obſtante
ꝙ ius cõmune reſiſtat preſcribẽti. ⁊ hoc lo
quendo tam de acquiſitiua p̄ſcriptione q̄ꝫ
de liberatoria ſeu deperditiua vt patet in
c. de quarta. vbi caſus eſt de p̄ſcriptione li
beratoria. ⁊ in c. ſi diligẽti. vbi caſus eſt de
preſcriptione acquiſitiua. extra de p̄ſcrip.
et in c. j. eodẽ. c. li. vj. Modo talis preſcri-
ptio currit in caſu predicte conſuetudinis
Igitur. Et dicit̃ notanter ſaltem ⁊c. quia
ſi ꝑtineret ad eccleſiam romanã requirere
tur ſpacium centum annorum. vt in c. ad
audientiam. ⁊ c. cum nobis. et c. ſi diligen-
ti. Unde etiam per predicta capitula patꝫ
ꝙ in foro cõtentioſo deberent in hoc caſu
eſſe tuti, ita ꝙ contra eos non deberet ſen-
tentiari. Sed ꝙ non ita fit eſt: quia p̄ſup-
ponitur ꝙ q̄tta ſit de iure diuino, ideo nõ
valeat contra eam preſcriptio vel conſue-
tudo, ſed illud preſuppoſitum eſt ſufficien
ter improbatũ. igitur. Tercium dictuꝫ
quod credo ab aduerſarijs nõ recipiet̃ ꝓ
ut nec ego ipſum firmo: ponam tamẽ ipm̃
ex cauſa poſtea tangenda. ſiue ſit verꝫ ſiue
non, et eſt. Q ſi predicta cõſuetudo bona
fide durauit per quadraginta annos ⁊ lai
ci non habeant titulum tunc licet ſit diffi
cultas ⁊ ſpecialiter quo ad forum conten-
tioſum ſi laici predicti valeant eſſe tuti ta-
men quicquid ſit de practica fori conten-
tioſi q̄m̄ volo loqui de foro cõſcientie tũc
nihil hic aſſerendo ſed ſolum diſputatiue

procedendo quatenus detur occaſio vi-
ris ſcolaſticis deſuꝑ latius cogitandi ⁊ ci-
tius aſſentiendi ſaltem primo dicto Dico
ꝙ videt̃ poſſe diſputatiue et ſcolaſtice de-
fenſari ꝙ in caſu p̄fati correlarij ſint deob
ligati a quotta, licꝫ ego nolim quenq̄ꝫ in h̄
caſu quoq̄ꝫ modo aſſecurare. Pro cuiꝰ in
tellectu p̄mitto quatuor ſuppoſitiões q̄s
probare conabor per ſententias collectas
ab aduerſarijs. vt ſic ex ꝓprijs contra eos
diſputare queã. Prima eſt. ꝙ eſt duplex
preſcriptio ſcꝫ acq̄ſitiua et deperditiua ſeu
liberatoria. ꝙ autem ſit talis diuiſio ponẽ
da probaui ſupra correlario quarto in ſo-
lutione tercij fundamenti ipſius quinti ar
gumenti. Secunda ſuppoſitio. Minꝰ re
quiritur ad preſcriptioneꝫ deperditiuã q̄ꝫ
ad acquiſitiuã. Probo quadrupliciter.
Primo. quia facilius eſt deſtruere q̄ꝫ con-
ſtruere. igitur facilius eſt ꝙ quis p̄ſcribat
preſcriptione deperditiua qua ſcꝫ deſtrui-
tur et perditur ius quod alius habet con
tra eum ⁊ ſeſe liberet ab eo: q̄ꝫ ꝙ preſcribat
preſcriptione acquiſitiua qua ſcꝫ rem que
eſt alterius acquirat ſibi. Item in preſcri
ptione acquiſitiua requirit̃ actus poſſidẽ-
di vel quaſi poſſidendi ⁊ factum preſcribẽ
tis. Sed in deperditiua hoc non requiri
tur, imo illa fit ſine facto preſcribentis ⁊ ꝑ
omiſſionem eius vel aliquãdo per omiſſi
onem alterius, modo facilius eſt nihil fa-
cere ⁊ omittere q̄ꝫ aliquid facere. Secũ-
do ſic, quia facile res redit ad naturaꝫ ſuã
et facilius q̄ꝫ alioꝛſum trahatur contra vel
preter naturam ſuã, modo libertas eſt na-
turalis homini ⁊ ſimiliter naturaliꝰ eſt cui
libet rei eſſe liberam q̄ꝫ oneratam ſeruitu-
tibus vel obligationibus, ⁊ per conſeq̄ns
ſi tibi ſum obligatus vel res mee ſunt one
rate aliquo onere: facilius fiet ꝙ ego ⁊ res
mee deobligemur q̄ꝫ ꝙ res mee prius tibi
vel alteri non obligate: incipiant tibi fieri
obligate. et per conſequens facilius fiet ꝙ
ego preſcribam contra te liberando me et
res meas a tuo onere et obligatione q̄ꝫ ꝙ
ego aliquam rem tuam p̄ſcribherem acqui
rendo eam, aut econtra tu meam. ⁊ maxie
id natum eſt fieri quando illa obligatio q̄
res mee tibi ſint obligate eſſet ex iure poſi-
tiuo, quia ſicut ius poſitiuum eſt mutabi-
le ⁊ abrogabile cõtraria conſuetudine: ita

ius quod tu habes ad me vł ad res meas ex illo poſitiuo iure erit extinguibile. Et hoc magis vel ſaltē non minus q̄ ſi ex aliquo cōtractu eſſem⁹ ego ⁊ res mee tibi obligati. quia quod ex cōtractu tibi debetur hoc tibi debetur ex radice que fundat̄ in iure gentiū. cōtractus eñ fere ſunt omnes de iure gentium. Jus aūt gentiū eſt ſtabilius iure poſitiuo. Tercio ꝓbatur. quia quando agitur de preſcriptione ſeruitut̄ acquirēde que preſcriptio eſt acquiſitiua non p̄ſumitur quis bone fidei. ideo oportet ibi allegare titulum: q̄uis non ꝓbare. ⁊ tamen nec ꝓbare nec allegare oportet titulum in preſcribenda libertate que preſcriptio eſt depditiua vel liberatoria. imo p̄ſumitur quis facile bone fidei. put vult Panoꝛ. in c. ſi diligenti. ergo iterꝫ patet q̄ nō tot ⁊ tanta requirit̄ in p̄ſcriptione liberatoria ſicut in acquiſitiua. Jmo vt ibidē tangit etiam in p̄ſcribenda ſeruitute ſufficit ꝓbare aliquid ꝑpter quod ipſe motus fuerit ad credendum ſeruitutem ſibi competere puta famā in vicinia vel ſigna vie ibi fuiſſe vel alia veriſimilia que poſſunt animuꝫ inducere ad illam credulitatem. Preterea refert ibidem Innocentiū dicentē q̄ in p̄ſcribenda ſeruitute ſufficit q̄ per longum tempus ſcꝫ per decem annos inter preſentes ⁊ per viginti inter abſentes. et per quadraginta contra eccleſiam vſus fuerit ſeruitute illa dño ſciente ⁊ non cōtradicente. Hec ibi. Quarto ꝓbatur: quia aliq̄ magni canoniſte ⁊ legiſte tenent q̄ in preſcriptionibus deperditiuis que ſcꝫ fiunt ſine poſſeſſione ⁊ facto preſcribentis. ⁊ p quas non acquiritur aliquid alterius ſed tm̄ liberat̄ aliquis: non requirit̄ fides etiam de iure canonico loquendo. et per ꝯſequens multo minus requirit̄ titulus. quia fides bona magis requirit̄ ad preſcriptionez q̄ titulus. tum quia titulus requiritur ꝑpter bonam fidem. nā qñ quis p̄ſumitur male fidei tūc per titulum elidit̄ preſumptio. tū ſecundo quia de iure canonico fides req̄ritur in omnib⁹ preſcriptionibus acq̄ſitiuis ⁊ tm̄ titulus nō in omnibus talibus requiritur. Aſſumptum aūt patet de Bartholo. Hoſtienſi ⁊ Panoꝛ. put diffuſe videre poteris Panoꝛ. in c. vltimo de p̄ſcri.

Nec curo in ꝓpoſito ſi et quomō illud eorū dictū ſit verū vel nō. ſufficit eñ mihi pro p̄ſenti ſcolaſtico certamine q̄ tanti viri aſſumpſerunt frontē dicendi q̄ etiam de iure canonico non requirit̄ fides bona in omnib⁹ p̄ſcriptionib⁹. ⁊ hoc dixerūt in deperditiuis nō obſtante q̄ vl'r ⁊ indiſtincte ius canonicum clamet q̄ neceſſaria ſit bona fides. Cur ergo nō eſſet alicui frons ſcolaſtice loquēdo ad dicenduꝫ q̄ non tot et tanta requirant̄ ad p̄ſcriptionem depditiuam ſicut ad acquiſitiuam. etiam ſi iura non expſſe diſtinguerēt inter eas. Quarto ꝓbatur. quia quando preſcriptio eſt deperditiua perdit̄ ius illius ꝯtra quē currit preſcriptio: ita q̄ p̄ſcriptio directe reſpicit illud ius extinguendū. ⁊ ſic reſpicit deſitionē. nō eſt aūt tanta neceſſitas q̄ in deſitione rei cōcurrat titulus ſicut in acquiſitiōe rei. Tercia ſuppoſitio. Jn p̄ſcriptiōe rerum incoꝛpalium cuiuſmodi ſunt iura nō requirunt̄ tot et tanta ſicut ad preſcriptionem rerum coꝛpalium. patet. nam glo. in c. cum eccleſia de cauſa poſſeſſionis dicit q̄ ſpeciale eſt circa incoꝛpalia q̄ non opoꝛtet allegare titulum ⁊ q̄ ſola patientia habetur pro titulo. ⁊ tamen loquit̄ ibi etiam de acquiſitiua p̄ſcriptione. Et Innocēti⁹ vt refert Panoꝛ. in c. de quarta. dicit. q̄ in incoꝛpoꝛalib⁹ p̄ſcribendis et acquirendis vt in ſeruitutibus ⁊ iuribus ſi habēt cauſam cōtinuam non req̄ritur titulus. ſic tm̄ requiritur in alijs īmobilib⁹ bonis. qꝛ maius preiudiciū eſt in īmobilibus quia ibi perditur res. vnde in ſeruitutibus ſufficit ſolus vſus tēpoꝛe legitimo. licet illō Panoꝛ. multū limitet in c. de quarta. Quarta ſuppoſitio. Quandocunq̄ ius cōmune diſponendo aliquid fundat ſe ſuper preſumptione: tunc ceſſante p̄ſumptiōe ceſſat illa diſpoſitio ſaltē in foro cōſcientie. Exēpla poſſunt poni. ſed remitto ad ſcribētes circa c. qꝛ plerīq̄. de īmunitate eccleſiaꝝ.

Jllis ſuppoſitionib⁹ p̄miſſis arguo quadrupliciter pro tercio dicto. Primo ex p̄ma ſuppoſitione ſic. quia ſi tercium dictuꝫ non eſſet verum: maxime hoc eſſꝫ quia iura canonica expreſſe dicunt q̄ quando p̄ſcribitur res eccleſiaſtica ⁊ ius cōmune vł preſumptio reſiſtit p̄ſcribenti. tunc nō ſuf

ficit bona fides ⁊ tempus legitimū ſed re-
quiritur etiam titulus. vt patet in c. ſi dili-
genti. de ꝑſcrip. ⁊ c. j. eo. tit. li. vj. Sed hoc
non impedit. quia dici poſſet ꝙ illa capl'a
loquunť in ꝑſcriptione acquiſitiua ⁊ non
in deꝑditiua. Et hoc poteſt ꝑſuaderi du-
pliciter. Primo. quia caſus vtriuſqꝫ capi-
tuli fuit vbi quidam ꝓtendebant ſe acqui
ſiuiſſe ius ꝑtinens ad aliam eccleſiam. pu
ta in c. ſi diligenti. epͣs Piſanus pretende-
bat ſe acquiſiuiſſe ius exigendi iuramen-
tū a quodā duce vel iudice ꝑtinente ad ec
cleſiam romanā etiam iure cōmuni reſiſtē
te ipſi epͦ. Similiter c. j. eodē titulo li. vj.
quidam epͣs ꝓtendebat ſe acquiſiuiſſe ec-
cleſias et decimas in alia dioceſi vbi etiaꝫ
ius cōmune ei reſiſtebat. ⁊ de illo dicit pa
pa ꝙ oportet eum allegare titulum. eſt ꝓ-
bare. coꝙ ius cōmune faciet contra eum.
Secundo. quia in c. de quarta. fuit facta
preſcriptio deꝑditiua iurꝭ quarte decima
rum ⁊ tm̄ ibidem cōmemorať ſolum bona
fides ⁊ tempus. xl. annorum pro iuſtifica-
tione. ⁊ nulla fit mentio de titulo et tamen
non plus teneнť laici ad quottam decime
clericis ꝙꝫ clerici ad quartam decime ipſi
epͦ. Secūdo ex ſecunda ſuppoſitōne ſic
arguitur. Non tot et tanta requirūtur ad
deperditiuam ſicut ad acquiſitiua Igitur
cum in caſu illius tercij dicti aſſint tēpus
et bona fides: videtur ꝙ nō requirať etiā
tercium videlicet titulus. alias oīa q̄ ad
acquiſitiuam requirerenť etiam exigeren
tur in deperditiua. Confirmať. quia fun
damenta ſecūde ſuppoſitōnis ſpecial'r pn̄t
applicari ꝑdicte preſcriptioni quotte lai-
corum. quia ibi eſt ꝑſcriptio qua aliq̇d de
ſtruiť ⁊ non cōſtruitur. ⁊ qua res redit ad
naturam ſuam ⁊ libertatem ⁊ ipſa obliga
tio fuit orta non ex contractu ſed ex ſtatu-
to poſitiuo. et agitur ibi de ꝑſcribenda li-
bertate et non de acquirenda ſeruitute.

Quartum etiam fundamentum ſpeciali
ter poteſt huc applicari aliquo modo. naꝫ
caſus in quo Panor. dicit nō requiri bo-
nam fidem eſt qn̄ debitor non tenebať of
ferre debituꝫ creditori donec peteret. et ita
ceſſando a ſolutione non fuit in negligen-
tia toto tpe requiſito ad preſcriptionē: per
quod tempus creditor non petiuit ſm ca

ſum. modo ſtat ꝙ ſaltem in aliquo loco cō
ſuetudo habet ꝙ non teneať quis offerre
decimam eccleſie donec rector petierit. li-
cet ꝙꝫtum eſſet de iure tenereť met ei offer-
re imo ꝑſentare ſi exēplo veteris legis de-
beamus loq̇ de iure canonico. quia in ve
teri ſic tenebanť. ſed circumſtātia illa po-
teſt conſuetudine tolli. Quo caſu ſtāte vi-
detur ꝙ qua fronte ꝑdictus debitor tan-
dem liberabiť: etiam illi liberabunť. et ta-
men non oportet dicere ꝙ ibi nō ſit bona
fides. vt dicūt ꝑdicti doctores. imo eſt ibi
bona fides. quia conſcius eſt ſibi ꝙ nō te-
netur offerre ſine petitione ſtante caſu illo
nec habet ꝯſcientiam rei aliene inuito do
mino ⁊c̄. Tercio arguo ex tercia ſuppo
ſitione applicādo eam ad ꝓpoſitum. Nā
ius decime eſt quid incorꝑale. igiť regula
riter minus requiritur in ꝑſcriptōne eius
ſaltem deꝑditiua. eo ꝙ etiam alias in acq̇
ſitiua rerum incorꝑalium minus requiriť
ꝙꝫ in acquiſitiua rerum corporaliuꝫ. ergo
ſi aſſunt bona fides ⁊ tempus. xl. annoruꝫ
non oportet titulum requiri. Aut ſi q̇d vl
tra hoc requirereť pro ꝑſumptiōe bone fi
dei videreť ſufficere probare famā in vici
nia de libertate prediorꝫ illius loci aut q̇d
conſimile. vt ſupra in tercia ꝓbatōe ſecun
de ſuppoſitionis eſt tactum etiam in acq̇-
ſitiua ꝑſcriptōne ſeruitutis que tamen eſt
magis odioſa. Quarto arguo ex quarta
ſuppoſitione ſic ad ꝓpoſitum. Cauſa q̄re
ius canonicū in ſupradictis capitulis di-
ſpoſuit ꝙ ad ꝑſcriptionem rei eccleſiaſtice
vbi reſiſtit ius cōmune debeat etiā cōcur-
rere titulus: fuit. quia ſcꝫ ꝑſumiť ꝙ niſi aſ
ſit titul⁹ ꝑſcribēs ſit in mala fide. titul⁹ eniꝫ
non requiritur niſi ad tollendū ꝑſumptio
nem male fidei. ⁊ ſic diſpoſitio ꝑdicta fun-
datur ſuper preſumptione. ergo ſi illi pre-
ſumptioni non ſubeſt veritas vtputa q̇a
preſcribens eſt ſibi conſcius de bona fide
non oportebit eum habere titulum ꝓ fo-
ro conſcientie quicquid ſit de foro cōten-
tioſo. Nam etiam in foro contentioſo ad
preſcriptionem nō requiriť verus titulus
quia tunc preſcribens non indigeret pre-
ſcriptione. ſed ſufficit putatiuus. quia ni-
hil videtur facere niſi ꝙ iudex ꝑſumat pre
ſcribentem fuiſſe in bona fide. qui ſi vide

ret occulta cordium videretur non requi-
rere allegatiouem tituli, igitur cum preſcri
benti ɔſtet de occultis ſui cordis ⁊ ſua bo
na fide ſequitur propoſitum in foro cõſci
entie. Siue igitur illud tercium dictum
ſit verum ſiue non. ⁊ ſiue probationes ille
ipſum attingant ſufficienter ſiue non. nõ
multũ inſiſto nec ſuper hoc contẽdo. nec
aliquem in tali caſu aſſecurare volo. quia
etiam ſi probationes predicte vel alie ip-
ſum efficaciter probare nõ valeant. vtpu-
ta quia ſit falſum, tamẽ ad hoc ſaltem va-
lebũt pro quo et ipſas adducere volui: vt
aduerſarij recognoſcant ſaltem primũ di-
ctum fore verum. quia ex quo non eſt om-
nino nulla apparentia de veritate tercij di
cti. longe ergo magis primũ dictũ appare
bit eſſe verum. Et quia veritas primi di-
cti multum fauet ſaluti innumerabiliũ la-
icorum qui quottaꝫ nõ ſoluunt aut nõ de
omnibus etiam predialibus aliquid ſol-
uunt: innitentes cõſuetudini non ſoluen-
di quã fide bona per tempus ĩmemorabi
le introduxerunt. Jdeo hec ita diſputaſ-
ſe volui tam ꝓ eis ꝙ etiam pro conſciẽtia
ipſorum iudicum eccleſiaſticorũ qui ꝑdi-
ctos laicos condemnant ad ſolutioneꝫ quot
te etiam in caſu primi dicti cõmuni fũda-
mento iuriſtarũ innitentes. quod tamẽ ſu
pra ſatis extat reprobatum. Et ſi primuꝫ
eſt verum etiam ſecundum erit verꝫ. quia
pari paſſu ambulant preſcriptio bona fi-
de per tempus ĩmemorabile ſine titulo cõ
tinuata. ⁊ preſcriptio bona fide per tẽpus
quadraginta annorum continuata titulo
cõcurrenti. Et ſi arguatur Jſta duo non
videnẗ poſſe ſil'ſtare ſcꝫ ꝙ laici ꝑdicti ha-
beant bonã fidẽ ⁊ tñ ius cõmune eis reſi-
ſtat ſaltem ſi ſciunt illud ius comune. quia
ſi ſciunt ipſum tunc credunt ſe obligatos.
et ſic habent malam fidem. ſi aũt credunt
ſe nõ obligatos: tunc errant in iure. quia
ſunt obligati ſaltem nõdum completa ꝑ-
ſcriptiõe. Dicendum ꝙ hoc argumentũ
poteſt retorqueri contra arguentem. quia
ſi cõcluderet tunc etiam cõcluderet ꝙ nũ-
ꝙ contingeret aliquem preſcribere rem ec
cleſiaſticam vbi ius cõmune ſibi reſiſte-
ret. ⁊ ſic vana ⁊ ſuperuacua eſſet diſpoſitõ
que habetur in capitl'o de quarta. ⁊ capi-
tulo ſi diligenti. de preſcrip. ⁊ c. j. eodem ti
tulo libro ſexto. Et confirmatur in exem-
plo. Nam pſbiter ille qui preſcripſit con-
tra epiſcopum de quarta decimaꝝ. aut ſci
uit ius cõmune diſponens ꝙ quarta de-
beat dari epiſcopo: et ſic ſe credidit obli-
gatum. tunc non fuit in bona fide ⁊ ſic nõ
preſcripſiſſet. aut credidit ſe non obligatũ
tunc errauit in iure. error autem iuris im-
pedit preſcriptioneꝫ. Sicut ergo aduer-
ſarij cogerentur hoc argumẽtũ ſoluere ne
predicta capitula diſponerẽt ſuper incom
poſſibilibus. ita etiam ſoluẽdum eſt predi
ctum eorum argumentum. Stat enim ꝙ
aliquis ſciat ius cõmune. ⁊ tamẽ bona fi-
de obmittat ipſum obſeruare: eo ꝙ credit
ſe exemptum ab eo vel cõſuetudine deob
ligatum. ⁊ ſic de alijs modis ſoluendi ⁊c.

Preterea pro primo dicto ⁊ contra ad-
uerſarios eiuſdem primi dicti adduco pra
cticam in nõnullis curijs epiſcoporuꝫ vt
audio obſeruatam: que talis eſt. ꝙ ſi laici
ſaltem aliquid dant nomine ⁊ loco quot-
te decime ſcꝫ viceſimã vel triceſimã parteꝫ
tunc iudices eccleſiaſtici non cõdemnant
eos ad ſolutionem integre quotte. ſed ab-
ſoluunt eos ab impetitione rectorum ec-
cleſiarum. ⁊ tamen ſi nullam quottã omni
no abſoluũt compellũt et cõdemnãt eos
ad integram quottam ſoluendam. Ex ꝙ
arguo ſic. Si iudicibus licet predictos la
icos nihil dantes nomine decime ɔdẽna
re ad ſoluendum integram quottam: tunc
non ſolum licet eis ita iudicare. ſed etiam
tenẽtur ita iudicare quia alias facerent al
teri parti iniuriam. Nam ſi laici non ob-
ſtante predicta conſuetudine tenentur ad
integram quottam ſoluendam tunc iudi
ces facerent iniuriam rectori eccleſie petẽ-
ti integram quottam ſi non condemnarẽt
laicos ad integram quottam Si autẽ nõ
tenentur laici ad integram quottam: tunc
iudices faciunt iniuriam laicis condem-
nando eos ad integram. Qua igitur frõ
te ob conſuetudinem parcunt illis laicis
qui cõſueuerunt aliquid dare nomine de
cime et eos abſoluunt: deberent etiam re-
liquis parcere qui pretextu cõſuetudinis
nihil ſoluunt. Nã ſi quotta eſt de iure di-
uino vel de iure poſitiuo inabrogabili et

ſimpreſcriptibili: tunc rectores eccleſiaruʒ
tam circa primos ꝙ̃ circa ſecũdos laicos
habent ius ad integram quottã, ita ꝙ eis
debetur, ergo cum rectores conſtanter pe
tunt facient iudices iniuriã illi rectori cu-
ius ſubditi ſoluʒ ſoluunt aliquid nomine
decime ſi abſoluunt eius ſubditos.

## Septimũ correlarium.

Licet religioſi confeſſores teneant ſi-
bi confitentibus facere conſcientiã de ſol
uendo decimam: non tamẽ ſic ꝙ indiſtin-
cte dicant ad omnes laicos ſibi confiten-
tes ꝙ teneant ad quottã decime et de oĩ-
bus eam dare. Prima pars probatur per
clemẽtinã de penis. vbi hoc omnibus re-
ligioſis non percipientibus decimas pre-
cipitur ſub intermĩatiõe maledictõis eter
ne. §. et quia. Jmo ſi qui poſtpoſuerint ſci
enter confitẽtibus facere conſcientiam de
ſoluendis decimis: incurrũt ipſo facto ſen
tentiam ſuſpẽſionis ab officio predicatio
nis donec ipſis cõfitentibus conſcientiaʒ
fecerint ſi hoc ipſum dicendi ſibi cõmode
facultatem habuerint. et ſi nihilominus p̃
dicta negligentia non purgata p̃dicare p̃-
ſumpſerint: incurrent ſententiam excom-
municatõis ipſo facto. Secunda pars
ꝓbatur. quia non tenentur cõfitentibꝰ fa-
cere conſcientiam erroneã. illa autem eſſ3
erronea conſcientia. quia multi ſunt in q̃-
rum locis viget conſuetudo illa de qua in
tercio et quarto correlario eſt dictũ. illi au
tem non tenentur ad quottam et de omni
bus, igitur. Unde confeſſores debẽt di-
ſcrete inquirere circũſtantias loci vbi ha
bitat confitens. puta de cõſuetudine q̃ ibi
ſeruatur et quãto tempore durauerit. ⁊ an
bona fide ſit introducta tãto tempore q̃n-
tum requiritur ad preſcribendũ cõtra ec-
cleſiam ſolutionẽ alicuius rei tẽporalis ei
debite: iure cõmuni reſiſtẽte. et ſic de alijs
cõditionibus requiſitis ad legitimã p̃ſcri
ptionẽ, vel ad conſuetudinẽ abrogatiuã p̃
cepti poſitiui. et ſi omnia ibi fuerint nõ fa
ciat confeſſor confitenti ꝯſcientiã ſeu ſcru
pulum, ſed potius ſi quem habet tollat eũ
dicendo ei ꝙ non tenetur in tali caſu ad i-
lud cuius contrariuʒ habet predicta con-
ſuetudo. Nam errantes ⁊ ſcrupuloſos di
rigere et quietare eſt opus miſericordie et
non eſt prohibitum. Si aũt aliquid defe
cerit requiſitorũ ad legitimã preſcriptiõeʒ
aut abrogationẽ tunc debet ei facere con-
ſcientiam vt doleat de neglectis decimis
et quottis decimaꝝ et ſatiſfaciat de eiſdeʒ.
niſi obtineat remiſſionem liberalem ab ec
cleſia. ad quam etiã eccleſia debet eſſe be-
niuola ⁊ proponat cum effectu in futuro
ſoluere quottã et de omnibus ſuper qui-
bus non poteſt ſe conſuetudine ſufficien-
ti tueri. Non dubito eñi ſi confitens ha
beret ſcrupulum de hoc ꝙ nõ ter in anno
cõmunicaſſet iuxta c. omnis. de cõſe. diſt.
ij. aut non ceſſaſſet a ſeruilibus per om̃es
dies feſtos preceptos in iure canonico de
conſe. diſt. iij. aut ꝙ nõ ſolueret in terra no
ſtra ꝑſonales decimas omniũ. cõfeſſor li-
cite poſſet confitenteʒ informare taliter ꝙ
non haberet ſuper hoc ſcrupulũ. cur non
ergo hic etiam idem poſſet. Contra hoc
arguitur. Si ſic. igitur eadem ratione pre
dicatores poſſent talia cum tali diſcretiõe
et diſtinctione predicare. quia nõ videt̃ ra
tio diuerſitatis. Conſequens videtur fal-
ſum. quia ſic predicando multi qui al's fu
iſſent daturi decimas integraliter in locis
etiam vbi non eſt ꝯſuetudo dare decimas
ducti ſcʒ ex anxia cõſcientia tales non da-
rent ſed ſibi retinerent, ſcientes ſe non eſſe
obligatos, ⁊ ſic tales retraherent̃ a ſolutio
ne decimarũ. Hoc aũt prohibitum eſt ſal
tem religioſis predicatoribus ⁊ minoribꝰ.
vt patet in c. j. de decis in ſexto. et hoc ſub
pena excõmunicationis. etiam omnibus
religioſis prohibetur in cle. cupientes de
penis vbi dicit̃. Jllos religioſos qui aliq̃
vt audientes a decimaꝝ eccleſijs debita-
rum ſolutione retrahũt in ſermonibus ſu
is vel alibi proferre p̃ſumũt: excõmunica-
tionis ſententie ſubiacere decernimꝰ ipſo
facto. Dicendum ꝙ ſi qui retraherentur
tm̃ illo modo vt argumẽtũ arguit nõ eſſet
hoc ꝓhibitum in predictis iuribus quia
ibi tm̃ dicitur de illis qui retrahunt eos a
ſolutione decimarũ debitarum, modo ab
rogate decime non ſunt debite. Dicitur
etiam ibi de illis qui ſic predicando corrũ
punt animas audientiũ, modo tollere er-
roneas conſcientias non eſt ſic corrumpe

re ſed informare. Attamen dico ꝙ ex quo
plures ſunt infirmi ⁊ puſilli qui ex infirmi
tate de facili occaſionarentur ex talibꝫ do
ctrinis ad non danduꝫ etiam decimas de
bitas. puta quia inniterentur alicui inſuf
ficienti conſuetudini vel alteri inſufficien
ti fundamento. ideo abſtinendum eſt a ta
libus. quia oportet cauere a ſcandalo etiā
cuiꝰ occaſio eſt accepta ſi ex infirmitate ac
cipitur non ex malicia. Unde nec omnis
veritas eſt paſſim predicanda. ⁊ multa in
confeſſionibus poſſunt tractari que in ſer
monibus debent reticeri. vt patet in ma-
teria reſtitutionū ⁊ in multis alijs. Nam
in ſermonibus diuerſi ſunt valde audito
res. et quod vni eſt cibus alteri eſt mors.
In confeſſione autem tm̄ vnus habetur
pre manibus cuius cōditionem bene po-
teſt explorare confeſſor ⁊ eum diſcrete ple
nius informare. Preterea forte non expe
diret etiam predicare laicis ꝙ diuinū ius
hodie non obligaret fideles ad quottā de
cime niſi in caſu indigentie illius quotte.
ſed ꝙ fideles obligarentur ad illam quot-
tam eſſet ex inſtitutione facta per eccleſiaꝫ
Et ratio huius eſt duplex. Prima. quia
ꝗꝫuis quādo eccleſia primo inſtituit illud
preceptum miniſtri eius indiguerunt illa
quotta: non habentes al's competentem
ſuſtentationem. in quo caſu etiaꝫ eſt de iu
re diuino et naturali. et ſic non poſſent ec-
cleſiaſtice perſone a quibus illa conſtitu-
tio emanauit morderi de auaricia ſi inſpi
ciatur taꝫ iuſta ratio inſtitutōnis. tamē q̄a
laici qui opido ſūt infeſti clericꝭ alias gra-
uiter ferunt ꝙ clerici mlta temporalia poſ
ſideant ⁊ eos de cupiditate ſolent ſugillare
inciperent illam inſtitutionem ſiniſtre in-
terpretari quaſi ex cupiditate originaliter
proceſſiſſent: non neceſſitate. vtputa igno
rantes conditionem miniſtrorum eccleſie
a principio et quia viderent hodie nōnul
la loca in quibꝫ illa cauſa ⁊ neceſſitas ceſ-
ſat: dicerent ibi non deberi decimam ſol-
ui. quia ceſſante cauſa ceſſat effectus: ne-
ſcientes ꝙ ſicut nonnunꝗꝫ ratiōe propter
quam poſitiua lex fuit inſtituta perſeuerā
te lex aboletur. vt patet in abrogatione fe
ſtorum eccleſie. ſic econtra nōnunꝗꝫ lex re
manet obligatoria licet ratio, (ſaltem ali-
qua) ſue inſtitutionis non maneat. Se-
cunda cauſa. quia nonnulli maliuoli laici
non ſolum redderentur ex hoc minus dili
gentes ad obſeruantiam illius conſtitutō
nis eccleſie eoꝙ minus curatur cōſtitutio
eccleſie ꝗꝫ legis diuine. licꝫ vtraqꝫ ligat ad
mortale ſi eſt preceptiua. ſed etiā forſan ſtu
dioſe inciperent quibuſdam adinuentōi-
bus introducere non ſolutionem decime.
eo ꝙ ille non ſolutiones licet mala fide fa-
cte non poſſent introducere cōſuetudineꝫ
nec preſcriptionem ſua virtute. tamen per
illas non ſolutiones mala fide per eos fa
ctas perueniretur tandem ad nō ſolutio-
nes fiēdas per poſteros ſuos bona fide, p
ut ſolet fieri. ⁊ ſic tandem perueniretur ad
preſcriptionem qua ſui poſteri (quibꝫ vo-
lunt ſemper bene prouideri) liberarent̄ ab
onere decimarum. et hoc paſſim magꝭ cō
tingeret fieri ꝗꝫ quando eis non conſtat il
lud preceptum eſſe eccleſie et non obliga-
torium ex vi diuine legis veteris vel noue
niſi in caſu neceſſitatis. Non ſunt ergo
tradenda arma hoſtibus noſtris quibus
nobis preiudicēt. Nec amicis noſtris ea
aperire per que ipſi ſibijpſis ſpiritualiter et
nobis nocerent temporaliter. Preterea
nonnullos caſus in quibus vere indige-
rent clerici quotta et ſic eis diuino iure de
beretur: ipſi iudicarent non eſſe caſus in-
digentie et ſic eis non deberi iure diuino.
Deniqꝫ ſtatus eccleſiaſticarum perſonaꝝ
non eſt ſemper equalis in temporalibꝫ re-
bus. quoniam ſi aliquando non indigeat
tantis bonis tamen paulo poſt forte indi
gebit. ⁊ ſic tūc iure diuīo debebit̄ eis tāta.

## Octauum correla

rium. Sententia iuriſtarum quibus con
tradictum eſt in preſenti tractatulo deficit
in ꝗꝫ plurimis articulis. patet epilogan-
do aliquos et aliquos addendo quos ip-
ſi vl' aliqui eorum ponunt. Primo quia
dicunt quottam decime eſſe de iure diui-
no morali et hodie obligante. cuius op-
poſitum oſtenſum eſt in ſecunda et tercia
concluſionibus. Secundo dato ꝙ ille
articulus haberet apparentiam de predi-
libus decimis. tamen pro quanto aliq̄ eo-
rum. puta Innocētiꝰ ⁊ ſeq̄ces eiꝰ etiā

idem dicunt de ꝑſonalib⁹ illud minorẽ ha
bet apparentiã. vt patuit in ſolutõe viceſi-
me ꝓme ꝓbationis tredecimi argumẽti.
Tercio, q2 dicunt opinionẽ dicentẽ oppo-
ſitũ eẽ q̃ſi hereticã, cui⁹ oppoſitũ oſtẽſuꝫ eſt
in primo correlario. Jmo potius hoc de
eorum opinione eſſet dicendũ ſi de altera
earum illud eſſet dicendũ vt ibidem patu
it. Quarto aliqui eorum implicant con-
tradictoria in ſuis dictis. patet primo de
Anthonio de butrio ꝑut patet ex deductꝭ
in quinta cõcluſione. Secundo idem pa
tet de Panormitano dupliciter. Prĩo. nã
in c. in aliquib⁹. extra decimis dicit. ꝙ opi
nio ſancti Thome que tenet ꝙ vbi de cõ-
ſuetudine non ſoluuntur non peccant nõ
ſoluentes: ſibi multũ placeat ne tãta mul-
titudo pereat. ⁊ tamen ſtatiꝫ ſubdit dicẽs.
Tenendum tamẽ eſt ꝙ de iure diuino de
cime debent̃ cum integritate. Nã licꝫ mo
tiua theologorum multũ ſtringant tamen
in dubijs debemus ſtare interpretatiõi ec
cleſie ⁊ ſummi pontificis. hec ille. Hec au
tem verba implicãt dupliciter. Primo q̃a
ſi multũ ſibi placet illa opinio thome. aut
igitur ipſa eſt vera. ⁊ tunc non eſt contra-
rium tenendum. aut eſt falſa et tunc nõ de
buit ſibi multum placere. Jtem aut totã il
lam multitudinẽ hominũ italie et aliarum
ꝓuinciarũ in quibus non ſoluitur quotta
perituram eſſe ꝓpter non ſolutionem quotte
decime eſt veruꝫ aut falſum. Si verꝫ. tũc
non debuit hoc inſinuare tanq̃ꝫ nõ fore di
cendum. Si falſum. igitur nõ debuit di-
cere tenendũ eſſe quottam eſſe debitaꝫ iu-
re diuino. quia ad illud ſequitur ſm eũ ꝙ
tota illa multitudo pereat. Secundo cõ
tradicit ſibi implicite. quia in verbis iã le
ctis dicit̃ tenendũ eſſe ꝙ debeant̃ decime
cum integritate ⁊ ita quo ad quottaꝫ ex iu
re diuino. ⁊ hoc ex interꝑtatiõe ſummi põ
tificis et eccleſie. et in c. tua. j. eo. ti. vbi idẽ
addit dicens. etiã ſi theologi cõtrarium di
centes ſint ſancti: et tñ ibidem dicit ꝙ vbi
dictum alicuius ſancti iuuat̃ autoritate iu
ris diuini: potius ei q̃ꝫ ꝯſtitutiõi ſũmi põ-
tificis ſtandum eſt vt dicit gloſa ſing. in c.
primo. xx. diſt. Hec ille. modo ſic eſt in ꝓpo
ſito. quia ſanctus Tho. ⁊ alij theologi iu-
uant̃ autoritate iuris diuini expreſſi in epi
ſtolis Pauli dicentis nos nõ eſſe ſub lege
moiſi. Et idem determinatũ eſt per conci-
lium generale tẽpore apoſtoloꝝ. Actuum
xv. et idem poſtea contigit in cõdemnatio
ne hereſis ebionitarũ. et ꝑ ꝯſequens deci-
me non ſunt de iure diuino veteri. et cum
non ſint de euangelico iure vt oſtenſuꝫ eſt
ſequitur ꝙ opinio theologorum iuuat̃ au
toritate iuris diuini. igitur ſi predictum di
ctum Panormitani ſit verum: ſequeretur
ꝙ predicte opinioni theologorum potius
ſtandum eſſet q̃ꝫ cõſtitutioni ſummi pon-
tificis ſaltem crude intellecte. que poti⁹ eſt
exponenda ⁊ ſane intelligenda. eoꝙ tales
locutiones plerũq̃ꝫ in rebus indubitãter
poſitiuis reperiuntur. vt oſtenſum eſt in ſo
lutione tredecimi argumenti principalis.
Aliam implicationem eius vide ſupra in
improbatione ſui quinti dicti poſiti in ſo-
lutione ſedecimi argumenti. Quinto. q2
dicunt ꝙ deo offerre bona exteriora puta
temporalia ſit de iure diuino hodie obli-
gante. quia volunt ꝙ ſit de iure diuĩo mo
rali. modo hoc oſtenſum eſt falſum eſſe in
ſolutione quarti argumenti. q̃ꝫuis illa ſm
indeterminationem capta dare ad ſuſten
tationem miniſtri dei ſit de iure diuĩo mo
rali. Sexto volunt ꝙ etiam de iure di-
uino hodie obligante ſit ꝙ etiam de omni
bus predijs detur decima ⁊ maxime ꝙ ſal
tem aliquid detur de ſingulis. Cuius op-
poſitum patuit in ſolutione quarti argu-
menti. Unde ſi de vno predio daret quis
tantam quantitatem quanta ſufficit pro
ſua rata ad ſuſtentioneꝫ miniſtri. et adhuc
haberet mille predia: non erit ex lege diui-
na vel naturali obligatus ad dandũ etiaꝫ
minimum quid de reliquis illis. q̃ꝫuis ſe-
cus ſit de lege poſitiua. Septimo. quia
plures eorum dicunt ꝙ papa non in totũ
poſſet tollere ius decimarum. ſed quibuſ
dã perſonis poteſt remittere. quod eſt im-
probatum in ſolutione ſedecimi argumẽ-
ti multipliciter. Octauo quia aliq̃ etiam
dicunt ꝙ cum hoc ꝙ quotta eſt de iure di
uino ſtat ꝙ papa diſpẽſet ſuper q̃tta vt nõ
ſit debita ⁊ hoc quo ad aliquos homines
et ſic ꝙ in parte papa poteſt diſpẽſare cir-
ca et contra ius diuinuꝫ: licet non in totũ
tollere. ⁊ hoc ibidẽ eſt iꝑrobatuꝫ. Nono

quia dicunt ꝙ tolleretur honor deo debi-
tus ſi remitteretur in totum ius decimarũ
et loquunt̃ de honore ſibi ex lege diuiã de
bito.⁊ per conſequẽs de honore irremiſſi
bili per hominẽ quod oſtenſum eſt falſum
eſſe.et etiã eſſe retorquibile ꝯtra eos vt ibi
dẽ patuit. Decimo. quia indiſtincte ha-
bent pro inconuenienti ꝙ papa poſſit al-
terare vniuerſalem ſtatum eccleſie.etiã in
telligẽdo hoc quo ad exteriora bona que
poſſidet eccleſia. quod eſt falſum ſic indi-
ſtincte intellectum. vt patuit ibidem in im
probatione quarti modi dicendi. Unde
cimo,quia volunt ꝙ ad hoc ꝙ cõſuetudo
abroget aliquod p̃ceptum poſitiuũ opor-
teat ꝙ illi conſuetudini ſubſit aliqua ratio
propter quam rationabiliter fuerit receſ-
ſum ab ipo poſitiuo precepto put expreſſa
fuit eorum mens in tercio correlario cuiꝰ
oppoſitum patuit ibidem. Duodecimo.
quia in hac materia imponunt theologis
ea que non ſenſerunt. Unde in c. tua.j.ex-
tra eodem Panormitanus recitando An
thoniũ de butrio dicit ſic. Ex illo c. infert
Anthonius ꝙ peccant theologi aſſerẽtes
decimas hodie nõ deberi. modo hoc the
ologi nõ dicũt. imo eque (ſicut iuriſte) di-
cunt ꝙ debent̃ etiam quo ad quottã ⁊ etiã
de omnibus.et hoc de iure poſitiuo. ideo
dicunt abrogabilem eſſe quottã. Et idem
Panormitanus eis imponit poſt Inno-
centium in rubrica extra de decimis. vbi
multa iura adducit ad ꝓbandũ ꝙ decime
ſint debite,que nõ eſſet contra theologos
opus adducere ad ꝓbandum ꝙ ſint debi
te,quia ipſi hoc ꝯcedunt. Secundo etiã
Panor.in c. In aliquibꝫ.⁊ glo.in c.primo
de decĩs in ſexto:imponunt magiſtro ſen-
tentiaꝝ ꝙ dixerit.ſufficit aliquid dare no
mine decime.quod non eſt verum ad illũ
ſenſum ad quem ſibi ibidẽ imponit. Nã
ſi alicubi hoc dixiſſet ipſe hoc intellexiſſet
ꝙ ad q̃ttam nõ teneretur populus iure di
uino.ſed non negaſſet q̀n iure poſitiuo ad
id fuiſſet obligatus. Tercio idẽ Panor-
mitanꝰ ibidẽ imponit theologis ꝙ dicant
ꝙ hodie decima in nouo teſtamẽto ſit in li
bertate ipſius ſoluentis conſtituta. ita ꝙ ſi
quis non velit:nõ teneat̃. modo hoc non
dicunt,⁊ hoc eis imponere eſt eis impone
re abiuratũ errorem Johãnis wickleff.in
ter cuius articulos q̃dragintaocto ille fu-
it vnus q̃ dixit ꝙ decĩe eſſent pure elemo
ſine. Sed nõ eſt nouũ ꝙ iuriſte theologꝭ
imponunt que non ſentiũt. queadmoduz
etiaz imponunt eis ꝙ dicant ꝙ p̃ſcribens
cũ titulo ⁊ bona fide teneat̃ reſtituere. Cu
ius oppoſitum patet in Scoto in.iiij.diſt.
xv.⁊ in Thoma in quodlibeto.xij.ar.xxv
Et in Johãne de ripa ordinis minoꝝ at-
q̃ in cancellario pariẽſi in regulis manda
torũ. Decimotercio. Indiſtincte dicunt
ꝙ ius decimarũ non poteſt cadere in lai-
cum.quod quõ ſit falſum patuit in quar-
to correlario. Decimoquarto.quia loq̃n
do de locis vbi nõ ſoluitur quotta vel nõ
de omnibꝫ ſoluit̃ decima.et volendo tales
excuſare addũt notãter ſi nõ exigit̃ ſeu vẽ-
dicatur nec in ꝯtrariũ predicat̃ quaſi a cõ
trario pretendant ꝙ ſi exigeret̃ a talibꝫ ſta
tim peccarent recuſando:quod eſt falſum
quia aut eccleſia indiget illa quotta: et tũc
etiam ſi non exigitur et tamen vellet habe
re:⁊ hoc conſtat laicis tenent̃ dare de iu-
re naturali ⁊ diuino. Aut nõ indiget.⁊ tũc
non ob hoc ꝙ exigitur ab eis obligabun-
tur:loquendo de exactione rectoris illius
eccleſie. Imo apparentẽ difficultatem ha
bet ſi eṗs per ſententiam habeat in tali ca
ſu laicos illos compellere ad quottam de
omnibus. vt patuit in ſexto correlario. q̃s-
uis in dubio ſi ſentẽtia eſt lata debeãt lai-
ci obtemperare ſententie.quia tunc certum
eſt ꝙ obediendo non peccant.⁊ tamẽ non
obediendo exponerent ſe periculo pecca-
ti inobedientie.quia ſtare poſſet ꝙ eſſet iu
ſta. Et etiam addunt dicentes. nec predi-
catur in contrarium.non obſtat.quia etiã
ſi predicatores predicent tales eſſe obliga
tos non verum predicant. ideo tali ſermo
ni credere non tenentur.nec per ſuam pre
dicationem poſſunt renouare preceptum
abrogatum inuitis ſubditis illis. q̃suis ve
rum ſit ꝙ ſi eis credant: licet erronea ſit
talis conſcientia: tunc tenebuntur. quia
etiam erronea conſcientia ligat. Sed pre
dicatores male faciunt falſa predicãdo et
ſcrupulum et conſcientiam erroneam au
ditoribus ingerendo. Decimoquin-
to,quia ex eis aliqui volunt ꝙ non val

conſuetudo diminuens quottam decime
niſi ſit approbata a papa intelligentes hoc
de approbatione expreſſa quaſi non ſuffi-
ciat tacita. cuius oppoſituȝ patuit in tercio
correlario. quia cum quotta ſit iuris poſi-
tiui poteſt preceptum eius abrogari. mo-
do in abrogatiōe poſitiui p̄cepti ſufficit ta
citus cōſenſus legiſlatoris. ⁊ per ꝯſequēs
tacita approbatio. Multa alia dicenda
forent de decimis ſm ſeptem circumſtan-
tias de ea tractandas. ſ. quis teneat. quid
et cui et cur et quomodo ⁊ quando et vbi
Sed que dicta ſunt ſolum tangunt circū
ſtantiam cur ⁊ quomodo quis teneatur. i.
ex qua lege teneatur. De alijs forte alio tē
pore tractabitur. Horū ſo que dicta ſunt
finem facientes laudem predicamus ei q̄
alpha eſt et o ac omnis conſummationis
finis qui eſt chriſtus magiſter noſter p ſe-
cula cuncta benedictus.

Tractatulus bipartitus de decimis: de
fenſiuus opinionis theologorum aduer-
ſus cōmuniter canoniſtas de quotta deci
marum ſi debita ſit iure diuino vel huma
no per Conradum Sūmēhart de Calw
artium atq; ſacre theologie ꝓfeſſorem in
alma vniuerſitate Tuwingenſi ordinarie
in theologia legentem editus ⁊ ibidem le-
ctus atq; diſputatꝰ Impreſſus quoq; in
imperiali oppido Hagennaw per Henri
cum Gran Finit feliciter Anno ſalutꝭ no
ſtre poſt milleſimum quaterq; centeſimuȝ
nonageſimumſeptimum ipo die Briccij.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

# Cõcluſiones et cor relaria que ponuntur in hoc tractatulo.


Prima cõcluſio. Preceptum de decimis dandis deo ⁊ miſtrꝭ eius eſt de lege diuīa veteri et noua q̄ ad hoc qđ eſt eſſe dandū aliquid deo in honorē ⁊ miniſtris eius in ſuſtentationem. folio j

Secunda cõcluſio. Preceptū de decimis dandis deo ⁊ miniſtris eccleſie q̄ ad q̄ttaꝫ dandā eſt de lege diuina veteri. ſed non de tali diuīa veteri q̄ hodie obliget nos. fo. ij

Tercia concluſio. Preceptum p̄dictum q̄ ad quottam dandam non eſt morale. ꝓbatur octo rationibꝫ. folio ij

Quarta ɔcluſio. Preceptū de decimis dādis non eſt de lege diuina euāgelica quo ad quottam dandaꝫ. ꝓbatur tribus rationibus. folio iiij

Quinta ɔcluſio. Non eſt dicenduꝫ ꝙ hec opinio dicens p̄ceptū de decimis nō eſſe de lege diuīa hodie obligatoriū q̄ ad q̄ttā dandā ſit q̄ſi heretica vt iuriſte aliq̄ dicūt. ꝓbatur quinq̄ rōnibꝫ. folio v

Sexta ɔclo. Dare q̄ttaꝫ decīe hodie eſt d̄ p̄cepto legis humane poſitiue et eccleſiaſtice. folio v

Septima ɔcluſio. Dare q̄ttā decīe nō fuit de p̄cepto ceremoniali veterꝭ legꝭ. fo. vj

Octaua ɔclo. Dare q̄ttam decime fuit de p̄cepto iudiciali veteris legis. folio vj

Poſtea ponunt̄. xvj. argumēta contra illas ɔcluſiōes quoꝝ tredecimū cōtinet in ſe vigintiduo argumēta ⁊ ſolutōes eorūdē.


# In ſecūda parte tractatuli ponunt̄ octo correlaria ⁊ vndecim argumenta cū ſolutiōibꝫ eorundem.


Primū correlariū Si altera p̄dictarū opinionū deberet dici quaſi heretica q̄ꝝ vna dicit preceptū de quotta decimaꝝ danda eſſe iuris diuini hodie obligātis. et alia ꝙ non: imo ꝙ ſit ſolum iuris poſitiui canonici: potius prima eſſet talis dicenda q̄ꝫ ſecunda. folio xxij

Secundū correlariū. Ubi eſt cōſuetudo dare q̄ttam ⁊ de oibꝫ, tūc non dantes q̄ttā et de oibꝫ peccant mortalr̄. folio xxij

Terciū correlariū. Si in aliquo loco eſt cōſuetudo qua non datur q̄tta aut nō datur de omnibus et illa conſuetudo tāto tēpore bona fide durauit quantū ſufficit ad conſuetudinem abrogantem aliud conſimile p̄ceptum poſitiuuꝫ et quantū ſufficit ad p̄ſcribenduꝫ aliquod aliud ius contra eccleſiaꝫ vbi ius cōmune vel p̄ſumptio reſiſtit p̄ſcribenti, tunc interim ꝙ non exigit̄ ab eis illa quotta aut non exigit̄ de oībꝫ non peccant fideles non ſoluēdo quottaꝫ non conſuetam ſolui. aut non ſoluēdo de illis bonis puta prediꝭs vel aliꝭs de q̄bus non eſt ɔſuetū ſolui. Probat̄ vna ratiōe et impugnatur quatuor argumentis et tandem in fine ſexti correlariꝭ latiꝰ illud correlarium diſcutit̄. folio xxij

Quartū correlariū. Predicti laici de q̄bus in tercio correlario eſt dictū etiam nō peccant ſi poſtq̄ꝫ ſunt exacti ſolū a ſuo plebano ad ſolutōeꝫ q̄tte de oibꝫ recuſant eā dare: dūmō non indigeat illa decima exacta. imo in caſu tali natus eſſet ipſe exigēs peccare Et vtraq̄ ps ɔclonis ꝓbatur duplr̄. dehinc fiūt q̄nq̄ argumēta in ɔtrariū. q̄ꝝ quintum multa ɔtinet fundamēta et ꝓbationes que ſoluunt̄. folio xxiiij

Quintū correlariuꝫ. Predicti laici de q̄bꝫ ſonuit terciū correlariū ⁊ q̄rtū peccarent ſi poſtq̄ꝫ a papa eſſēt exacti ſeu iuſſi q̄ttā decime ⁊ de oibꝫ ſoluere recuſarēt ſoluere eā ⁊ de oibꝫ. ꝓbat̄ triplr̄. ⁊ poſtea occurrit dubiū quod inſolutū relinquit̄. folio xxxiij

Sextū correlariū. Stāte predicta opinione theologoꝝ de q̄tta decimaꝝ ſatis apparens difficultas eſt ſi p̄dicti laici de q̄bꝫ ſonuerūt terciū ⁊ quartū correlaria peccarent q̄ꝫtuꝫ eſt de p ſe recuſando ſoluere q̄ttā ⁊ de oibus poſtq̄ꝫ eſſent ab epo iuſſi ſoluere q̄ttā ⁊ de omnibꝫ q̄ñ nō eſt indigētia in eccleſia illa cui iubentur eā dare. vñ iuſte poſſunt appellare. folio xxxiiij

Septimū correlariū. Licꝫ religioſi ɔfeſſores teneant̄ ſibi ɔfitētibꝫ facere ɔſciam de ſoluēdo decimaꝫ nō tñ ſic ꝙ indiſtincte dicant ad oēs laicos ſibi ɔfitētes ꝙ teneant̄ ad q̄ttā decīe ⁊ de oibꝫ eā dare. fo. xxxvij

Octauum correlarium ⁊ vltimū. Sententia dñoꝝ iuriſtarum quibus ɔtradictū eſt in p̄ſenti tractatulo deficit in q̄ꝫ plurimis articulis ⁊ enūerant̄ quindecim quaſi epilogando aliquos. folio xxxviij


BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

4 Inc 151

2h. Bibliot